CONSILIUM EDITORUM

BRONISLAUS BILIŃSKI, VARSAVIAE
GEORGIUS KRÓKOWSKI, WRATISLAVIAE — CASIMIRUS FELIX KUMANIECKI, VARSAVIAE — VICTOR STEFFEN, WRATISLAVIAE
LADISLAUS STRZELECKI, WRATISLAVIAE

COMMENTARII EDUNTUR ADMINISTRANTUR

WROCŁAW, UL. SZEWSKA 49
UNIWERSYTET, INSTYTUT FILOLOGII KLASYCZNEJ

EDITORUM ADIUTOR
GEORGIUS ŁANOWSKI

[illegible]

Zakład im. Ossolińskich — Wydawnictwo. Wrocław 1956. Wydanie I. Nakład 460+145 egz. Objętość ark. wyd. 14,5, ark. druk. 14,63, ark. form. A1 19,46. Papier druk. sat. kl. V, 70 g, 70×100 (16) z fabryki papieru w Myszkowie. Oddano do składania 23 VII 1955, podpisano do druku 10 IV 1956, druk ukończono w kwietniu 1956. Wrocławska Drukarnia Naukowa. — Nr 1225/55. — Cena zł 38,—

INDEX AUCTORUM

	Paginae
Bieńkowski Thaddaeus (Varsaviae)	219—226
Brożek Miecislaus (Cracoviae)	107—141
Krokiewicz Adam (Varsaviae)	35—50
Krysiniel-Józefowicz Barbara (Torunii)	159—169, 227—229
Pianko Gabriella (Varsaviae)	23—34
Plezia Marianus (Cracoviae)	191—217, 229—234
Safarewicz Ioannes (Cracoviae)	101—105
Skurzak Ludovicus (Wratislaviae)	95—100
Steffen Victor (Wratislaviae)	7—21, 51—62
Strzelecki Ladislaus (Wratislaviae)	143—157
Swoboda Michael (Iunivladislaviae)	171—190
Świderek Anna (Varsaviae)	63—74
Wolski Ioseph (Wratislaviae)	75—94

EOS

COMMENTARII SOCIETATIS PHILOLOGAE POLONORUM

EDITORES

GEORGIUS KRÓKOWSKI VICTOR STEFFEN

LADISLAUS STRZELECKI

Volumen XLVII 1954

Fasciculus 1

Z księgozbioru
Polskiego Towarzystwa Filologicznego

WRATISLAVIAE 1956
OSSOLINEUM

CONSILIUM EDITORUM
BRONISLAUS BILIŃSKI, VARSAVIAE
GEORGIUS KRÓKOWSKI, WRATISLAVIAE — CASIMIRUS FELIX KUMANIECKI, VARSAVIAE — VICTOR STEFFEN, WRATISLAVIAE
LADISLAUS STRZELECKI, WRATISLAVIAE

COMMENTARII EDUNTUR ADMINISTRANTUR
WROCŁAW, UL. SZEWSKA 49
UNIWERSYTET, INSTYTUT FILOLOGII KLASYCZNEJ

EDITORUM ADIUTOR
GEORGIUS ŁANOWSKI

EOS

COMMENTARII
SOCIETATIS PHILOLOGAE POLONORUM

EDITORES

GEORGIUS KRÓKOWSKI VICTOR STEFFEN
LADISLAUS STRZELECKI

Volumen XLVII 1954
Fasciculus 1

WRATISLAVIAE 1956
OSSOLINEUM

faceret. Fabulae spectatores hunc iocum comprehenderunt et recte aestimaverunt et statim sibi persuaserunt poetam per iocum rem ita instituere, ut, cum Lacedaemonii de Aegina insula loquerentur, de se ipso sermonem esse diceret. Huius loci antiqua et recta interpretatio servata esse videtur in turbato scholio ad *Acharn.* v. 654, in quo hanc notabilem sententiam legimus: ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται τὴν Αἴγιναν, οὐχ ὑμᾶς, scilicet Aeginae colonos in theatro praesentes [27].

Cum ad finem vergat commentatio nostra, repetamus paucissimis verbis, quid de lite a Cleone intenta didicerimus. Primum quidem cognovimus non Callistratum sed Aristophanem a Cleone in ius vocatum esse, deinde demonstravimus Aristophanem accusatum esse, quod civitatem Atheniensium in *Babyloniis* praesentibus sociis irrisisset et Cleoni maledixisset, accusationis autem formulam peregrinitatem poetae non obiecisse, postremo refutatis vanis opinionibus Aristophanem et patrem eius veros cives Athenienses fuisse docuimus.

Wratislaviae

---

[27] Ex his verbis antiquitatis notam gerentibus dilucide apparet poetam ipsum Aeginae nomen assumpsisse, ut postulatio Lacedaemoniorum in risum deflecteretur.

CONSPECTUS MATERIAE

	Paginae
Steffen Victor: De Aristophane a Cleone in ius vocato	7—21
Pianko Gabriella: La musica nelle commedie di Aristofane	23—34
Krokiewicz Adam: Quaestiones Democriteae	35—50
Steffen Victor: Ad Archilochi fragmenta tetrametra observationes criticae .	51—62
I. Ad Archilochi monumentum Parium	51—58
II. Ad Archilochi fragmenta 58 et 67a (Diehl³)	58—61
III. Ad Archilochi fragmentum 56 (Diehl³)	61—62
Świderek Anna: Le mime grec en Égypte	63—74
Wolski Józef: Pausanias et le problème de la politique spartiate (480—470) .	75—94
Skurzak Ludwik: Études sur les fragments de Mégasthène. Βραχμᾶνας-Σαρμάνας	95—100
Safarewicz Jan: Notes sur les langues italiques	101—105
I. Osque σακαρακλιμ	101
II. Le développement de la diphtongue *eu* en falisque	101—103
III. Le génitif singulier des noms en *-o-* en latin	103—105
Brożek Miecislaus: De Prudentio — Pindaro Latino. Pars prior	107—141
Strzelecki Ladislaus: De grammaticis Latinis quaestionum particula . .	143—157
Krysiniel-Józefowicz Barbara: A Reconstruction of the Original of the „Captivi“	159—169
Swoboda Michael: De numero histrionum partiumque in comoediis Plautinis quaestiones. Res porro tractatur	171—190
Plezia Marianus: Aristotelis qui ferebatur liber De Pomo. Versio Latina vetusta interprete Manfredo duce. (Editio)	191—217
Bieńkowski Thaddaeus: Ioachimi Bilscii carmen q. i. Proteus de clade Gedanensium. (Editio)	219—226

Censurae librorum

Krysiniel-Józefowicz Barbara: Some Remarks about Webster's *Studies in Menander*, Manchester 1950	227—229
Plezia Marianus: Glossaria mediae Latinitatis (A. Souter, J. F. N. Niermeyer, F. Blatt)	229—234

Anno MCMLIV, cum nationes pacis amantes Aristophanis, acerrimi pacis laudatoris ac fautoris antiqui, mirabili quodam consensu memoriam recolerent, non defuit quoque vox Polonorum clarissimum poetam celebratura. Faustis Academiae Scientiarum Polonae auspiciis diebus tertio et quarto mensis Decembris eiusdem anni rerum litterarumque periti Varsaviam convenerunt, ut de Aristophane deliberarent eiusque artem ac studia considerarent. Praelectiones, quae tum habitae sunt, mox in libro peculiari publicae fient lingua Polona conscriptae cum summariis lingua Franco-gallica et lingua Rossica expressis. Liber continebit has philologorum commentationes:

1. I. Bieżuńska-Małowist, *De Atheniensium rebus publicis belli Peloponnesiaci tempore fluctuantibus.*
2. C. Kumaniecki, *De Aristophane pacis laudatore ac fautore.*
3. B. Biliński, *De partium rationumque politicarum aemulatione in Aristophanis comoediis conspicua.*
4. A. Komornicka, *De operariorum sorte ac partibus in Aristophanis fabulis descriptis.*
5. V. Steffen, *De imaginum deflexarum in Aristophanis comoediis usu ac fine.*
6. G. Pianko, *De Aristophane musico.*
7. Th. Sinko, *De Aristophanis imitatoribus recentioribus.*

troviamo nella commedia un ritmo ottonario, composto di un giambo e di un cretico. I teorici greci rilevano il carattere violento, *sistaltico* dei ritmi docmiaci[10], molto adatto alle strofi degli Acarnesi; l'ira del coro contro Diceopoli non è affatto spenta, anzi, continua ad inseguirlo e minacciarlo meglio di prima. I ritmi docmiaci erano a posto nella tragedia; sulla scena comica la loro apparizione era rarissima, e perciò possiamo considerare l'introduzione di queste strofi docmiache negli *Acarnesi* un'audace innovazione.

Esaminiamo ora la principale parte lirica della nostra commedia, vuol dire la cosidetta *parabasi* (v. 626—718). Iniziata con un breve brano anapestico, il *commation*, la parabasi propriamente detta si compone di una lunga serie di tetrametri anapestici ed è terminata dal *pnigos*, vuol dire un breve sistema pure anapestico. Tutta questa prima parte era eseguita dal corifeo, che cantava il *commation* e declamava il resto al suono di uno strumento. La seconda parte, dalla struttura strofica, è eseguita dal coro. La prima strofe, *odé*, contiene trimetri e tetrametri peonici e dimostra un carattere solenne, perchè è diretta alla Musa. Sebbene tutta composta di cretici, la strofe non è affatto monotona, grazie al continuo cambiamento della lunghezza dei *coli* ed a numerose soluzioni delle ultime lunghe sillabe dei cretici.

Segue l'*epirrhema*, vuol dire sedici tetrametri trocheici cantati e danzati dai *coreuti* nella forma del *cordax*, cioè prestissimo. L'*antodé* e l'*antepirrhema* corrispondono nella struttura precisamente all'*odé* ed all'*epirrhema*. Così la struttura della parabasi negli *Acarnesi* è completa e tipica per la vecchia commedia attica.

Quattro uguali strofi (v. 836 e s.) nelle quali il coro canta la felicità di Diceopoli dopo la pace fatta da lui separatamente, e critica alcuni disonesti cittadini, rivelano il carattere di una canzone popolare: è un sistema giambico chiuso con un verso ferecrateo. Il coro era allora solo sulla scena: egli cantava e ballava queste strofi in un tempo assai vivace. Un altro *cordax* eseguivano i coristi, cantando le seguenti strofi peoniche, composte di una lunga serie di dipodie, tripodie e tetrapodie cretiche. Il duetto di Diceopoli del corifeo, composto di brevi *coli* giambici, uniti al bacchio, era pure cantato molto vivacemente. Il bacchio è un ritmo quinario, nella commedia adoperato molto di rado. Alcuni teorici lo trattano come un ritmo derivato dalla dipodia giambica a mezzo di una sincope.

La nostra commedia contiene un'altra parabasi cosidetta laterale, composta soltanto di due strofi coriiambiche precedute da un sistema anapestico eseguito dal corifeo. La seconda *parabasi* si trova soltanto in poche commedie.

La grande scena finale (v. 1190 e s.), cantata da Lamaco, Diceopoli, il corifeo ed il coro, può essere paragonata ai grandi finali delle opere comiche

---

[10] Abert: *o. c.* p. 154.

LA MUSICA NELLE COMMEDIE DI ARISTOFANE

Scrisse

GABRIELLA PIANKO

Parlare della musica di Aristofane? Come mai è possibile, se è una cosa arcinota, che nemmeno una sola battuta ci rimase della sua musica? Non solo, ma gli scarsi rottami della musica greca arrivati ai tempi nostri provengono quasi tutti dell' epoca posteriore. Quali sono dunque le possibilità di parlare della musica del grande commediografo ateniese? Su quali basi materiali possiamo appoggiare la nostra investigazione?

Prima di tutto bisogna stabilire una tesi fondamentale per tutti gli studi della musica greca: l'elemento essenziale, il più importante ed addirittura decisivo vi era il ritmo, il fattore che legava le tre elementi della triplice corea nel teatro antico. Su questo principio incontestabile poggiano le investigazioni dei musicologi più eminenti del secolo scorso, iniziate da Rodolfo Westphal[1] e coronate dall' opera di Francesco Augusto Gevaert[2], il più grande storico della musica antica, il quale inaugurô una nuova epoca nel campo della storia della musica greca. Siccome possediamo una relativamente ricca letteratura teorica, come pure antichi commentarii alle commedie di Aristofane, le cosidette σχόλια, possiamo almeno tentare la ricostruzione delle parti musicali delle sue commedie, combinando i dati che ci provengono dai fonti sopraddetti con una analisi dettagliata dei testi verbali.

Quando Aristofane iniziô la sua attività artistica, la musica greca, dopo un periodo di un glorioso rigoglio nelle opere dei poeti tragici stava entrando in una nuova fase, che la indirizzava verso le mete del virtuosismo canoro e strumentale.

Era già completamente sviluppato il sistema cosidetto *perfetto* dei modi cioè delle scale armoniche; la *melopea* insegnava, come si doveva costruire delle melodie nei diversi modi; la *ritmopea* definiva l'uso di varî sistemi ritmici; la dottrina dell' *ethos* trattava del loro carattere espressivo e della loro influenza morale. Importantissima era per i compositori ellenici la cosidetta *mixis*, vuol dire la dottrina delle modulazioni ritmiche, meliche ed agogiche. Siccome alla musica antica mancava quell'elemento che alla sensibilità musicale moderna sembra il più importante ed addirittura indispensabile, cioè l'armonia nel nostro significato della parola, come pure la ricchezza della veste strumen-

---

[1] R. Westphal: *Die Musik des griechischen Alterthumes. Nach den alten Quellen neu bearbeitet.* Leipzig 1883.

[2] F. A. Gevaert: *Histoire et théorie de la musique de l'antiquité.* Gand. Vol. 1, 1875; Vol. 2, 1881.

nem, quamquam publice non institutum, tamen verum comoediarum suarum magistrum agnoscere cogimur, quem non solum posteriores verum poetam agnoscebant, sed etiam spectatores sollemnium ordinem iam antea perspeculati et a praecone poetae nomen audientes non ignorabant. Si spectatores *Daetalensium*, *Babyloniorum*, *Acharnensium* comoedias admirantes verum earum auctorem ignorassent, quo iure *Equitum* chorus (v. 512 sqq.) de Aristophane haec proferre potuisset:

> Ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησιν πολλοὺς αὐτῶι προσίοντας
> καὶ βασανίζειν πῶς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν?·

Ex his enim versibus plane apparet spectatoribus non ignotum fuisse Aristophanem *Daetalenses*, *Babylonios*, *Acharnenses* scaenae committentem ab archonte chorum non petivisse, sed intercessore usum esse, qui publicus comoediarum suarum fieret magister. Quae cum ita essent, nihil obstabat, quin Aristophanes comoedias tamquam a se ipso docendas componeret nihilque erat causae, cur suam ipsius personam dissimularet, etsi ipse chorum non petebat.

Prodeamus nunc ad notissimos *Acharnensium* locos, qui ad litem a Cleone institutam pertinent, ut eruamus ea, quae ad varias dubitationes tollendas aptissima esse videntur. In parabasi *Acharnensium*, quae a quibusdam ad poetam ipsum spectare putatur, a plerisque tamen Callistratum in fronte ponentibus ad comoediae magistrum pertinere dicitur, legimus haec:

> Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,
> οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων ὡς δίκαιός ἐστιν·
> διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβούλοις,
> ὡς κωμωιδεῖ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει,
> ἀποκρίνασθαι δεῖται νυνὶ πρὸς Ἀθηναίους μεταβούλους.
> Φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν ὁ ποητής.

Enumeratis deinde beneficiis ex bonis praeceptis profluentibus haec clarissima sequuntur:

> Τοιγάρτοι νῦν οὐκ τῶν πόλεων τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγοντες
> ἥξουσιν ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες τὸν ποιητὴν τὸν ἄριστον,
> ὅστις παρεκινδύνευσ' ἐν Ἀθηναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια.
> Οὕτω δ' αὐτοῦ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πόρρω κλέος ἥκει,
> ὅτε καὶ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων τὴν πρέσβειαν βασανίζων
> ἠρώτησεν πρῶτα μὲν αὐτοὺς πότεροι ταῖς ναυσὶ κρατοῦσιν,
> εἶτα δὲ τοῦτον τὸν ποιητὴν ποτέρους εἴποι κακὰ πολλά·
> τούτους γὰρ ἔφη τοὺς ἀνθρώπους πολὺ βελτίους γεγενῆσθαι
> καὶ τῶι πολέμωι πολὺ νικήσειν τοῦτον ξύμβουλον ἔχοντας.

Quae deinde de Aristophane Rhodio vel Aeginaeta narrantur, posteriorum sunt coniecturae corruptam lectionem ξενίας ante oculos habentium.

Quae cum ita se habeant, explicare debemus, quid censendum sit de peregrina origine Aristophani a grammaticis antiquis adscripta. Duae praecipue res ansam eis dedisse videntur, ut de Aristophanis peregrinitate disceptarent: corrupta lectio καὶ ξενίας, quae, ut supra monstratum est, e lectione καὶ ⟨αἰ⟩ξωνείας orta erat, et illa Aristophanis mentio de Lacedaemoniis poetam reposcentibus. Verum autem genuinumque testimonium de Aristophanis origine in *Vita* maiore legitur hoc: Ἀριστοφάνης ὁ κωμωιδοποιὸς πατρὸς μὲν ἦν Φιλίππου, τὸ δὲ γένος Ἀθηναῖος τῶν δήμων Κυδαθηναιεὺς Πανδιονίδος φυλῆς. Civem Atheniensem Aristophanem vocat quoque *Anonymus* περὶ κωμωιδίας III: Ἀριστοφάνης Φιλίππου Ἀθηναῖος. Praeterea in prytanum indice tribus Pandionidis saeculo quarto ante Chr. n. ineunte confecto exhibetur Ἀριστοφάνης Κυδαθηναιεύς neque ulla est causa, quin hic agnoscatur poeta noster. Quomodo haec testimonia summa fide digna a posterioribus interpretibus imminuta sint, perfacile explicari potest. Qui in corrupto testimonio a scholiasta *Acharnensium* v. 378 exscripto Aristophanem ξενίας accusatum esse legebant fidemque corrupto loco dabant, circumspicere coeperunt, quomodo poetae peregrinitas comprobari posset. Ac primum Aristophanis nomen cum Antiphane comico confudisse videntur, de cuius origine in libro *Suda* haec leguntur: Ἀντιφάνης Δημοφάνους· οἱ δὲ Στεφάνου καὶ μητρὸς Οἰνόης Κιανός· ὡς δέ τινες Σμυρναῖος. κατὰ δὲ Διονύσιον Ῥόδιος· κωμικὸς τῆς μέσης κωμωιδίας, ἀπὸ δούλων, ὥς τινες. Hic iam clare cognosci potest Dionysium fontem exstitisse eis, qui Aristophanem Rhodium, Lindo vel Camiro oriundum proclamabant. Quae poetarum confusio a Stephano Srebrny cognita[25] eo probabilior esse videtur, quod in libro *Suda* de Aristophanis Rhodia origine referente additur opinio nonnullos de Aristophane ex servorum genere nato locutos esse: τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ ἀπόδουλον ἱστορήκασι. De Aristophane Aegyptio dixisse fertur Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως, de cuius aetate nihil certum statui potest. Neque etiam cognosci potest, unde Heliodorus hanc notitiam hauserit. Hoc tamen est certum nullum fide dignum fontem ei exstitisse. Quas diversas secumque pugnantes opiniones de Aristophane peregrino suo more congessit auctor libri *Suda* posteritatique tradidit. Sed nemo invenitur, qui variarum opinionum compilatori aurem praebeat. Plurimi viri docti auctorem *Vitae* Aristophaneae et scholiastam *Acharnensium* (v. 654) sequi malunt, qui Aristophanem aut Callistratum a Cleone peregrinitatis accusatum cum Aegina insula quoquo modo conectere conantur. Ut Aegina imprimis respiceretur, iam antiqui grammatici adducti sunt Aristophanis versibus, in quibus poeta clarissimus a Lacedae-

[25] *O. c.* p. 329.

italiane. Le strofi eseguite da Lamaco, alle quali correspondono le responsioni di Diceopoli, dimostrano una struttura variata: tra le dipodie peoniche e giambiche sono intercalati trimetri giambici; il tutto è terminato da un bacchio. Il canto di Lamaco ha il carattere di una parodia tragica, triste e piagnucolosa, perchè il guerriero lamenta la sua sorte; la responsione di Diceopoli, piena di felicità, è di uno stridente contrasto. Sarebbe una cosa interessante sapere, in che modo erano differenziate le voci dei cantanti. Pare verosimile una supposizione, che Lamaco cantava con una voce di basso, perchè il suo canto è una monodia tragica, e come è noto dai teorici, le parti simili nelle tragedie si affidavano generalmente ai bassi. L'*ethos* di queste strofi sembra molto appropriato al suono di una voce di basso profondo. La voce tenorile di Diceopoli ed i baritoni del coro sfoggerebbero allora il pieno registro delle voci maschili. Il coro canta ancora pochi tetrametri trocaici pieni di gioia e di allegrezza, chiamando tutti al tradizionale banchetto, e poi lascia la scena nello stesso modo, come vi entrò: correndo.

Come si vede da questa nostra analisi, il giovane poeta, adoperando accanto ai ritmi giambici predominanti negli *Acarnesi*, pochi altri generi: trochei, cretici, rari dochmi e bacchi, dimostrò nondimeno una vera maestria nell' applicazione delle diverse modulazioni ritmiche, meliche ed agogiche, non cadendo mai nella monotonia. Durante i cinque anni del primo periodo della sua attività artistica, Aristofane si sviluppò in un modo davvero straordinario. Le parti liriche aumentano di commedia in commedia, occupando nell'ultima opera di questo periodo, cioè la *Pace*, quasi la metà di tutti i versi; i ritmi vi sono variatissimi, implicando una massa di modulazioni di ogni sorta. Sebbene non ci è possibile conoscere la musica di queste cinque commedie, sentiamo benissimo, attraverso i testi verbali ed i ritmi, il diverso carattere di ogni opera: sereno, soffuso di pacata allegria negli *Acarnesi*, pieno di crescente violenza nelle invettive dei *Cavalieri*, lento e maestoso nei ritmi dattilici delle *Nuvole*, inebbriante di vertiginosa giocosità nelle scene finali delle *Vespe*, infine straripante di gioia nella seconda parte della *Pace*. Aristofane seppe creare un'atmosfera adattata a ciascuna commedia con i modestissimi mezzi che stavano a disposizione di un compositore antico, dimostrando così un autentico talento ed un'ottima scuola. Rileviamo pure, che tutti i ritmi usati dal poeta dimostrano sempre lo stesso *ethos* che attribuivano loro i teorici antichi; la qual cosa prova con lampante evidenza, che gli antichi musicologi studiavano non formule astratte ma la musica vera ed autentica.

Nelle commedie del secondo periodo che contiene i quattro migliori commedie, Aristofane ha raggiunto le somme vette della sua arte poetica e musicale. È interessantissimo il lato musicale delle *Tesmoforiazuse* e della *Lisistrata*, la musica vi è fresca e piena d'invenzione; però le commedie più musicali di tutta l'opera del nostro poeta sono gli *Uccelli* e le *Rane*. Non potendo purtroppo presentare qui l'analisi dettagliata di tutt'e quattro commedie di

tibus demortuorum, velut Pratinae fabulae tres ab Aristia[8], Sophoclis *Oedipus Coloneus* a Sophocle iuniore[9]. Num has quoque fabulas a praecone ita annuntiatas esse putas, ut nulla omnino auctorum mentio fieret? Unde autem sciunt viri docti, qui Aristophanis nomen profundo silentio suppressum esse clamant, rem ita se habuisse, cum testimonia antiqua nihil nisi Aristophanis quasdam comoedias per Callistratum vel Philonidem scaenae commissas esse statuant. Num Aristophanes re vera lege adeo sancitus fuit, ut ne nomen quidem eius proferre liceret? Immo cum comoedias scribere coepit, aetatem eam nondum consecutus esse videtur[10], cui publice agere permitteretur. Archon adulescentulum infecta re domum remisisset, si chorum ab eo petere ausus esset, etiamsi fabula scaena digna fuisset. Cuius scaenicae abstinentiae causam poeta ipse aperuit, cum in *Nubibus* (v. 530 sq.) diceret haec:

> κἀγὼ — παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν, κοὐκ ἐξῆν πώ μοι τεκεῖν —
> ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο.

Quamquam iocosissime haec tractata sunt, tamen clarissime ex eis apparet nulla re poetam impeditum esse, quominus comoedias scriberet, sed retentum esse eum adulescentuli aetate, ne primitias suas ipse ostenderet, sicut puellam nondum adultam et matrimonio vix maturam fetum suum ostentare non decet[11]. Nihilo tamen minus suspicari licet poetam adulescentulum, cum fabulam suam alteri cuicumque docendam mandaret, id imprimis spectavisse, ut ipse quoque quandam laudem ex ea caperet. Itaque miror quam maxime Roemerum, quod *Acharnensium* comoediam explicaturus omnibus viribus modisque perperam evincere studebat Aristophanis comoediam speciosis additamentis ita exornatam esse, ut tantum Callistrati, qui eam in scaenam missurus esset, laudibus resonaret, verum autem poetam ne minimis quidem luminibus proderet, quamquam res ipsa longe aliter se habuisse videtur, ut ex eis, quae infra dicam, evidentissime apparebit.

---

[8] Cf. Argum. *Aesch. Sept.*: ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγενίδου ὀλυμπιάδι οη'. ἐνίκα Λαΐωι, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῆι. δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Ταντάλωι, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου ⟨τοῦ⟩ πατρός. τρίτος Πολυφράσμων Λυκουργείαι τετραλογίαι. Oxyrh. Pap. 20, 2256 fr. 2: ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγ]ενίδου ὀλυμπιάδος [οη'. ἐνίκ]α [Αἰσχύλος Εὐφορίων]ος Λαΐωι, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, [Σφιγγὶ σατυρικῆι.] δεύτερος Ἀριστίας ταῖς τοῦ πα[τρὸς αὐτοῦ Πρατίνο]υ τραγωιδίαις. τρίτος Πολυ[φράσμων Φρυνίχου] Λυκουργε[ίαι] τ[ετρ]αλογίαι.

[9] Cf. Argum. *Oed. Col.* II: τὸν ἐπὶ Κολωνῶι Οἰδίπουν ἐπὶ τετελευτηκότι τῶι πάππωι Σοφοκλῆς ὁ ὑιδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς Ἀρίστωνος.

[10] Cf. schol. in *Ran.* v. 501: σχεδὸν γὰρ μειρακίσκος ἤδη ἥπτετο τῶν ἀγώνων.

[11] Alias pristinae abstinentiae scaenicae causas affert Aristophanes in *Vesp.* v. 1017 sqq. Sed hic plane discerni non potest, utrum poeta ad suas fabulas alludat, quas aliis docendas dederit, an potius comoedias eorum in animo habeat, quos ingenio suo in fabulis fingendis adiuverit.

eo magis Cleonem e scaena persequeretur. Itaque iam in *Acharnensibus* (v. 299 sqq.) *Equitum* comoediam annuntiavit, quam suo nomine editurus erat, ut Cleonem tamquam corium in soleas secaret. Poetam crimine liberatum esse ex *Acharnensium* loco supra allato conicere licet, quo Dicaeopolidis ore confessus est non multum defuisse, quin periret: ὀλίγου πάνυ ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος. Eundem litis eventum indicare videtur commentarius papyraceus in Aristophanis *Acharnenses*, in quo locus ad litem a Cleone institutam ita supplendus esse videtur: εἰσαχθεὶς δ' ὑ]πὸ Κλέωνος δίκην ἐξέφυ[γε[22].

Sunt qui *Vesparum* versus 1284 ss. non ad eam litem referant, quae post *Babyloniorum* comoediam in scaena actam a Cleone instituta est, sed ad aliam quandam et novam litem aut controversiam, quam Aristophanes cum Cleone habuerit, in considerationem vocare malint. Nituntur hi viri docti scholio ad eosdem *Vesparum* versus, quod nullas, ut iam supra dictum est, affert res certas nisi meras grammatici suspiciones de vero rerum statu haesitantis[23]. *Vesparum* locum ad eam litem referendum esse, quae post *Babylonios* instituta est, vel ex eo apparet, quod Aristophanes verbis εἰσί τινες, οἵ μ' ἔλεγον non ad tempus praesens, verum potius ad tempus praeteritum respicit. De altera vel etiam tertia lite a Cleone Aristophani iniecta nec vera nec severa testimonia erui possunt. Quae autem de serie litium narrantur, alucinationes sunt scholiastae Aristophanis res ignorantis. Consideratis omnibus testimoniis eo adducimur, ut unam tantum litem Aristophani a Cleone paratam agnoscamus. Poeta accusatus est a Cleone, quod civitatem Atheniensium irrisisset et Cleonem contumeliis obruisset. Aristophanis commenticiam peregrinitatem accusationis formula non tangebat. Abiectis scholiastae ad *Vespas* ineptiis credere malumus scholiastae ad *Acharnensium* v. 378, qui Aristophanis ipsius enuntiationes ad litem spectantes diligentissime percontatus haec summa fide digna nobis tradidit: Τοὺς Βαβυλωνίους λέγει. τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ἐν οἷς πολλοὺς κακῶς εἶπεν. ἐκωμώιδησε γὰρ τάς τε κλερωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς καὶ Κλέωνα παρόντων τῶν ξένων... καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς ὁ Κλέων ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ταῦτα πεποιηκότα. καὶ ⟨αἰ⟩ξωνείας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν. Cum hoc scholio conspirat *Vita* Aristophanis, in qua haec legimus: διήχθρευσε δὲ αὐτῶι ὁ Ἀριστοφάνης, ἐπειδὴ ⟨αἰ⟩ξωνείας κατ' αὐτοῦ γραφὴν ἔθετο καὶ ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις διέβαλε τῶν Ἀθηναίων τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς ξένων παρόντων[24].

---

[22] Cf. A. Körte, Bursians Jahresbericht, 1911, p. 280.

[23] De altera et tertia lite Aristophani a Cleone iniecta fabulatur etiam *Vitae* auctor, cuius perplexa narratio nihil certi habet.

[24] Restituta lectione ⟨αἰ⟩ξωνείας locus hic, qui corruptus habebatur et a Th. Bergkio ita corrigebatur, ut illud καὶ ante particulam ὅτι omitteretur, plane perspicuus fit.

Εἰσελκύσας γάρ μ' εἰς τὸ βουλευτήριον
διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου
κἀκυκλοβόρει κἄπλυνεν, ὥστ' ὀλίγου πάνυ
ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος.

Quae fuerit litis causa, ex his quidem versibus non elucet, sed ex aliis, qui paulo post sequuntur, conicere licet a Dicaeopolide eandem litem in memoriam vacari, cuius mentionem in parabasi eiusdem fabulae invenimus. Dicaeopolis enim inde a v. 501 ita disserere pergit:

Ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μέν, δίκαια δέ.
Οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι
ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.
Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὐπὶ Ληναίωι τ' ἀγών,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι
ἥκουσιν οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι·
ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι,
τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω.

Ex hisce versibus cognoscimus Aristophanem in comoedia novissimo anno acta, cum Dionysia Magna celebrabantur, i. e. in *Babyloniis*, civitati Atheniensium maledixisse praesentibus sociis, qui ad Dionysia obeunda venerunt eodem tempore tributum solituri. Litis causam non eam gravissimam fuisse perspicimus, quod poeta civitati maledixisset, sed potius eam, quod praesentibus sociis id fecisset, quamquam illam quoque non levem fuisse percipimus. Nam Dicaeopolis postquam in *Acharnensibus* nullos socios adesse statuit, nova vitia Atheniensium in lucem proferens haec attentione digna addere festinat, ne in novum periculum incurrat:

οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω·
μέμνησθε τοῦθ' ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω·

Cum Dicaeopolidis partes in *Acharnensibus* Callistratum egisse pro certo haberi possit, facile oritur suspicio Callistratum suas res hic revolvere et in memoriam revocare periculum, quod sustinendum ei fuerit post *Babyloniorum* comoediam in scaenam missam, cuius comoediae sicut *Acharnensium* ipse fuit magister publicus. Hanc opinionem amplexi sunt ii grammatici antiqui nostrorumque temporum plerique viri docti, qui Callistrato litem cum Cleone fuisse contendunt. At si hanc rei explicationem acciperemus, duos reos, Aristophanem et Callistratum, agnoscere deberemus, postquam de Aristophane in ius vocato in parabasi fabulae sermonem esse statuimus. Fortasse dicet aliquis — et fuerunt, qui dicerent nihil causae fuisse, quin Cleon iniuriis contumeliisque concitatus et poetam et magistrum scilicet publicum in iudicium traheret. Itaque in hanc quoque rem accuratius inquirendum est, ut iusta subdifficilis quaestionis prodeat solutio.

DE ARISTOPHANE A CLEONE IN IUS VOCATO

Scripsit

VICTOR STEFFEN

Postquam Aristophanis comoedia, cui nomen fuit *Babylonii*, a Callistrato in scaenam missa est, Cleonem ob contumelias civitati Atheniensium sibique illatas litem contendisse et scholia antiqua et *Vitae* Aristophanis tradunt et poetae ipsius confessio docet, quam in *Acharnensibus*, sequentis anni comoedia, palam fecerat, cum Dicaeopolin querentem proponeret, quod a Cleone in iudicium deductus foedissimis insimulationibus fictisque criminibus ita obrutus esset, ut non multum abesset, quin ex accusatoris laqueo prorumperet. Similia repetivit poeta in notissimis parabaseos versibus, cum chori ore comoediae magistrum sive poetam ab inimicis apud iudices iniuste accusatum esse narraret, quod civitatem irrisisset populoque maledixisset. Quibus testimoniis freti neque grammatici antiqui neque nostrorum temporum viri docti de lite e *Babyloniis* orta umquam dubitaverunt, nisi quod res quasdam obscuras aut minus perspicuas ad litem a Cleone intentam pertinentes variis et diversis quidem rationibus explicare et peculiaribus modis illustrare studebant. Cum enim *Acharnensium* comoedia, in qua lis ex *Babyloniis* orta tangitur, non ab Aristophane sed ab eodem Callistrato, qui *Babylonios* docuerat, in scaenam inducta esset, perfacile nasci potuit quaestio, utrum Aristophani an Callistrato res fuisset cum Cleone contumeliis concitato. Antiquorum opiniones in hac quaestione mirum quantum discrepant, cum alii Aristophani litem impositam esse censeant, alii vero Callistratum in ius vocatum esse iudicent, quae quidem opinionum diversitas de singulorum scholiorum fonte atque auctoritate disceptantibus optimo documento esse debebat iam antiquis rem expeditam non fuisse, utrum fabulae auctorem an magistrum Cleon persecutus esset, sed omnes grammaticos antiquos opiniones meris coniecturis fultas protulisse. Qui enim *Babyloniorum* auctorem illo tempore, cum fabula dabatur, omnibus notum fuisse arbitrabantur, Aristophanem Cleoni respondere debuisse persuasum sibi habebant, cum alii comoediam a Callistrato scaenae commisam esse non ignorantes comoediae magistrum reum factum esse asseverabant. Et hi et illi grammatici antiqui personam a Cleone in ius vocatam quaerentes imprimis sua opinione suoque arbitrio nitebantur, prout quisque perlectis Aristophanis ipsius enuntiationibus rem dubiam aestimaverat. Itaque nihil profecerunt neque quicquam proficient nostrorum temporum viri docti, qui velut A. Briel[1] et A. Roemer[2] potius fervore quam probabilibus argumentis

[1] *De Callistrato et Philonide sive de actionibus Aristophaneis.* Berolini 1887.

[2] *Studien zu Aristophanes und den alten Erklärern desselben. I. Teil. Das Verhältnis der Scholien des Cod. Rav. und Venet. nebst Beiträgen zur Erklärung der Komödien des Aristophanes auf Grund unserer antiken Quellen.* Leipzig 1902.

De peregrinitatis crimine nihil legitur in Aristophanis comoediis superstitibus neque quicquam de hac re in fabulis deperditis dictum fuisse veri est simillimum, quamquam fieri non potuisse censeo, quin Aristophanes tantae criminationis memoriam faceret, si haec criminatio umquam exstitisset, praesertim si ex hac lite poeta victor exisset. Silent de hac re alii quoque poetae comici, Aristophanis aequales. Si quid in eorum fabulis, quae nunc deperditae sunt, de Aristophanis peregrinitate scriptum esset, certe grammatici de Aristophanis peregrina origine loquentes eorum nomina attulissent. Quae peregrinitatis indicia cum neque ab Aristophane neque ab aliis poetis comicis nobis suppeditentur, nihil restat, quam ut totam peregrinitatis historiam ab insciis interpretibus fictam esse coniciamus. Scholiastes autem, cuius litis explicationem *Acharnensium* v. 378 spectantem comoediis Aristophanis eiusque enuntiationibus fultam et bene digestam esse monstravi, locum habet sub finem narrationis corruptum, ex quo fluxerunt posteriorum ineptiae, quibus favebat Aristophanis mentio de Lacedaemoniis poetam reposcentibus. Apud eundem scholiastam, cuius auctoritatem magni aestimandam esse cognovimus, verbis disertis expressum est Aristophanem in *Babyloniis* non solum civitati eiusque institutis maledixisse, sed etiam Cleoni acerbissimas contumelias imposuisse. Hanc autem fuisse causam, ut Cleon iratus Aristophanem in ius vocaret. Sequitur igitur, ut Cleon Aristophanem accusare debuerit non solum, quod hic civitatem laesisset, verum etiam quod ipse a lascivo poeta iniuriis obrutus esset. Hoc primo apud scholiastam scriptum fuisse suspicor. Nam ultima eius sententia καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν ita corrigenda esse mihi videtur, ut scribatur: καὶ ⟨αἰ⟩ξωνείας (= βλασφημίας) δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν. Quae scholiastae genuina lectio, ubi primum corrupta est, posterioribus interpretibus causa atque adminiculum exstitit, ut de Aristophanis peregrinitate res inanes fabularentur.

Aristophanes a Cleone in ius vocatus in tanto periculo versabatur, ut omnes rationes adhibendae essent, ne damnum e lite clarissima caperet. Cuius fere desperatae sortis poeta meminit in *Acharn.* v. 377 sqq., cum dicit a Cleone se ita vexatum mulcatumque esse, ut sibi fere pereundum esset. Quomodo poeta ex hisce angustiis eruperit, ex *Acharnensium* fabula enucleare non possumus. Sed revertit Aristophanes ad eandem litem in *Vesp.* v. 1284 sqq., cum significaret fuisse quosdam, qui ipsum placatum esse dicerent, cum a Cleone insistente perturbaretur. Aristophanes concedit se re vera μικρόν τι ὑποπιθηκίσαι. Hoc autem ea de causa se fecisse suggerit, quod multis adstantibus litemque spectantibus nemo ei suffragaretur, sed omnes exspectarent, si forte oppressionem sentiens iocum emitteret. Quamquam haec facete dicta sunt, tamen a vero multum abhorrere non videntur. Aristophanem criminibus perterritum omnia temptavisse veri est simillimum, ut salvus ex accusatoris laqueo emergeret, sed eodem tempore constituisse, ut cautione adhibita

De crimine, quod Cleon Aristophani apud iudices dederat, leguntur quaedam certiora in schol. ad *Acharn.* v. 378, quod ita nobis traditum est: διὰ τὴν πέρυσι κωμωιδίαν· Τοὺς Βαβυλωνίους λέγει. τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ἐν οἷς πολλοὺς κακῶς εἶπεν. ἐκωμώιδησε γὰρ τάς τε κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς καὶ Κλέωνα παρόντων τῶν ξένων... καὶ διὰ τοῦτο ὀργισθεὶς ὁ Κλέων ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ταῦτα πεποιηκότα. καὶ ξενίας δὲ αὐτὸν ἐγράψατο καὶ εἰς ἀγῶνα ἐνέβαλεν. Sed mittamus ad tempus hoc scholion et revertamur ad Aristophanem ipsum, ut statuamus, quid ex eius confessione ad criminationem cognoscendam discere possimus. Respicientibus *Acharnensium* versus 630—631:

> διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβούλοις,
> ὡς κωμωιδεῖ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει

et versus 502—503:

> Οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι
> ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω

statim fit perspicuum accusationis formulam hanc fere fuisse: Διαβάλλεται Ἀριστοφάνης, ὡς κωμωιδεῖ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ κακῶς λέγει αὐτὴν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει ξένων παρόντων. Haec nec plura ex Aristophanis enuntiationibus erui possunt. Congruunt haec optime cum eis, quae scholiastes nobis tradidit, nisi quod hic accuratior est, cum civitati ita maledictum esse dicat, ut instituta magistratusque publici a poeta deriderentur, et inter alios multos imprimis Cleonem contumeliose tractatum esse sciat. Unde haec accuratiora doctus grammaticus hauserit, clarum est. Habuit etiam tum ante oculos salvam Aristophanis *Babyloniorum* comoediam, plenam contumeliarum in varias personas coniectarum. Omnia igitur, quae apud antiquos scriptores de Aristophanis lite inveniuntur, non nituntur nisi poetae ipsius comoediis eiusque propriis enuntiationibus. Una tantum res nova eademque cum apud antiquos tum apud nostrorum temporum viros doctos plurimum vexata in scholio ad *Acharn.* v. 378 legitur: Aristophanem a Cleone etiam peregrinitatis accusatum esse. Quae res iam antiquis quibusdam grammaticis ansam dedit, ut Athenas patriam poetae in dubium vocarent. Antiquos secuti sunt multi viri docti nostrorum temporum, qui non dubitaverunt praedicare ab Aristophane comoedias ea de causa doctas non esse, quod civis privilegiis carens in publicum prodire non posset. Quam imbecilla haec suspicio sit, vel ex eo cognosci potest, quod Athenis non solum civibus sed etiam aliis Graecis civitate Atheniensium carentibus fabulas scaenae mandare licebat. Satis est in memoriam revocare Pratinam, qui, quamquam civis erat Phliasius, Athenis cum tragicis Atticis de victoria certabat.

392, il *Pluto* — 388. Questa divisione non rispecchia in realtà lo sviluppo della creazione poetica e musicale del Nostro, ma risulta dal fatto, che le commedie messe in scena tra l'anno 421 ed il 414, come pure quelle della lacuna tra il secondo e il terzo periodo non sono arrivate fino ai nostri tempi. Perciò anche noi nella nostra investigazione siamo costretti ad adottare questa divisione. Per formarci un'immagine plastica ed espressiva dello sviluppo creativo di Aristofane musicista, occorrebbe studiare attentivamente tutte le parti liriche delle commedie salvate dalla distruzione, nell'ordine cronologico. Siccome non possiamo farlo nel presente articolo per mancanza di spazio, sceglieremo per la nostra analisi una sola commedia di ogni periodo.

La commedia degli *Acarnesi* fu messa in scena nell'anno 425, quando il poeta era appena ventenne. Gli scienziati sottolineano la semplicità dei ritmi adoperati in questa commedia, ove regnano quasi esclusivamente i giambi[5]. Non è lecito contestare questa asserzione. Però è d'uopo constatare che il giovane musicista, disponendo di mezzi semplici, ha rivelato una vera maestria nell'applicazione di quella dottrina della *mixis* di cui fu detto sopra.

Tutta la commedia contiene 1233 versi; la parte lirica ne occupa 407, cioè circa il terzo. Il parodo comincia con quattro tetrametri trocheici, cantati dal corifeo del coro (v. 204—207); i coristi entrano sulla scena correndo, perchè stanno proprio inseguitando Anfiteo. Il carattere dei ritmi trocheici era vario, dipendendo dal genere letterario, dal luogo e tempo, dove erano introdotti. I tetrametri trocheici eseguiti lentamente potevano essere adoperati perfino negli inni religiosi, e dimostravano allora una necessaria *semnotes*. Alquanto più presto si eseguivano i trochei usati per esempio da Archiloco, che li univa a ritmi elegiaci e giambici, dando loro una sfumatura di ironica satira[6]. Però i ritmi trocheici usati nella commedia si eseguivano prestissimo; anche la danza della commedia, l'osceno e procace *cordax* — si componeva il più spesso in ritmi trocheici. Le σχόλια spiegano qui che il nome dei trochei proveniva proprio dal verbo τρέχω, vuol dire — *correre*.

Dopo quattro tetrametri trocheici il coro si è fermato, lagnandosi degli acciacchi della vecchiaia. I trochei si mutano in cretici: ritmi ternarii e misure tetiche sono sostituiti da ritmi quinarii, eseguiti da tutto il coro in un tempo un po' più lento. I quinarii ritmi peonici provenivano, come dimostra il loro stesso nome, dall'isola Creta; essi servivano ad esprimere affetti violenti ed appassionati; gli scrittori teorici attribuivano loro l'*ethos enthousiasticon*. Improntati ad una certa nervosità ed inquietudine, non si cantavano però tanto presto quanto i trochei comici.

---

[5] T. Sinko: *Literatura grecka*. T. I cz. 2. Kraków 1932, p. 397—398.

[6] H. Abert: *Die Lehre vom Ethos in der griechischen Musik. Ein Beitrag zur Musikästhetik des klassischen Altertums*. Leipzig 1899, p. 139.

subdifficilis quaestionis vanam solutionem ita nobis inicere conantur, ut quasdam scholiastarum opiniones, antequam res penitus perspiciatur, tamquam ex optimo fonte derivatas proponant atque omnibus viribus commendent, alias autem tamquam miserrimas grammaticorum suspiciones denotent atque abiciant. Res autem solvi potest non tam scholiorum comparatione — quamquam et scholia non sunt spernenda — quam diligentissima aestimatione eorum, quae poeta ipse de lite scripserat.

Sed priusquam ad Aristophanis locos accedamus, quibus lis a Cleone instituta tangitur, pauca praemittere iuvat, ut plenius cognoscatur condicio poetae fabulam suam alteri poetae aut histrioni eo consilio tradentis, ut in scaena monstretur. Nam *Acharnensium* comoediam, in qua ad litem clarissimam alluditur, sicuti antea *Daetalensium* et *Babyloniorum* comoedias, a Callistrato in scaena actam esse et didascaliae reliquiis et aliis quibusdam antiquorum enuntiationibus confirmatum habemus. Sunt quidem viri docti, qui comoedias ante *Equites* compositas ab Aristophane Callistrato ita traditas esse contendant, ut ne levissima quidem veri auctoris mentio fieret, cum comoedia scaenae daretur, quo factum esse, ut nemo prorsus suspicaretur Callistratum alienis fabulis uti[3]. At si res ita se habuisset, certe demonstrandum fuit, cur posteriores quoque Aristophanis comoediae a Callistrato vel Philonide actae eodem iure non producerentur, ut protinus veri poetae nomen suppri-
meretur spectatoribusque ignotum maneret. Et si Callistratus re vera poeta exstitisset, quod quidem traditum non est, sed merae coniecturae debetur, ea condicione ab Aristophane comoedias eum accepturum fuisse non censeo, ut tamquam proprias publico proponeret, praesertim cum hae comoediae brevi post sub Aristophanis nomine edendae essent, quod quidem negare vel ii non audent, qui ne umbram quidem Aristophanis a spectatoribus visam esse contendunt[4]. Neque etiam eis assentiri possum, qui a praecone comoediam annuntiante solum fabulae magistrum ut poetam nominatim appellatum esse ducunt celato veri poetae nomine. Iam antiquissimis temporibus fabulae docendae aliis personis tradebantur velut Euripidis *Andromacha* Democrati[5], Eupolidis *Autolycus* Demostrato[6], Antiphanis comoediae aliquot Stephano[7]. Scaenae committebantur quoque postumae poetarum fabulae a filiis vel nepo-

---

[3] Hanc opinionem post Droysenum, Müllerum Strübingensem, Schraderum renovaverunt Briel et Roemer, quorum sententiae ad litem a Cleone intentam a multis probantur, velut a I. van Leeuwen, G. Faulmüller, I. Geffcken, aliis.

[4] Cf. Briel: *o. c.* p. 31 et Roemer: *o. c.* p. 122.

[5] Cf. schol. in *Androm.* 445: ὁ δὲ Καλλίμαχος ἐπιγραφῆναι φησι τῇι τραγωιδίαι Δημοκράτην. Sed haec fabula Athenis acta non est.

[6] Cf. Athen. V, p. 216 d: Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.

[7] Cf. *Anonym.* περὶ κωμωιδίας III: τῶν δὲ κωμωιδιῶν αὐτοῦ (sc. Ἀντιφάνους) τινας καὶ ὁ Στέφανος ἐδίδαξεν.

In parabasi *Acharnensium* laudatur Aristophanes, quod Atheniensibus ea dicere periclitatus est, quae essent iusta, quod παρεκινδύνευσ' ἐν 'Αθηναίοις εἰπεῖν τὰ δίκαια. Itaque exit a choro rogatio ad Athenienses, ne clarissimum poetam Lacedaemoniis tradant, ut protinus apud Athenienses κωμωιδεῖν τὰ δίκαια possit. In *Equitum* parabasi (v. 510) idem poeta laudatur, quod odit eosdem, quos equites oderunt, et dicere audet, quae sunt iusta: ὅτι τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν μισεῖ τολμᾶι τε λέγειν τὰ δίκαια. Aristophani, viro prompto et forti, in *Acharnensium* parabasi (v. 659 sq.) Cleon opponitur, qui est περὶ τὴν πόλιν δειλὸς καὶ λακαταπύγων. Ut Cleon περὶ τὴν πόλιν δειλός appellatus est, ita Aristophanes δίκαιος περὶ τὴν πόλιν haberi voluit. Quocirca comoediae personae, cuius partes ipse egisset, si publice agere ei licuisset, nomen dedit Dicaeopolidi sive δικαίωι περὶ τὴν πόλιν. Quae persona, quamquam a Callistrato induta, Aristophanem repraesentabat eiusque opiniones proferebat. Videmus igitur comoediam *Acharnensium* ab Aristophane ita compositam esse, ac si ipse scaenae eam commissurus esset nullo intercessore adhibito. Dicaeopolidis querimoniae ad litem a Cleone intentam spectantes re vera Aristophanis sunt querimoniae, qui accusanti Cleoni ut reus respondere debuerat, sicut Dicaeopolidis pacis desiderium Aristophanis quoque desiderium est gravissimum.

Ex eis, quae adhuc deliberavimus, efficitur dilucidissime non Callistratum, sed Aristophanem, verum comoediae *Babyloniorum* auctorem, a Cleone maledictionis malignitatisque accusatum esse. Quod et per se mihi quidem probabilissimum videbatur. Nam nullo modo persuadere mihi potui Aristophanem, iuvenem ambitiosissimum, rem ita instituere voluisse, ut ipse omni laude poetica privaretur. Ita corruit scholiastae ad Aristophanis *Vesp.* v. 1284 unicum testimonium, quo Callistratus a Cleone in ius vocatus esse aperte dicitur, cuius scholiastae auctoritatem industriosissime proclamabant cum alii tum imprimis Briel et Roemer, ut Aristophani litem cum Cleone nullam fuisse demonstrarent. Quam fluxae et incertae sint illius scholiastae opiniones et suspiciones, aestimes ipse textum plenum aspiciens: Ἄδηλον πότερον τῆς Καλλιστράτου εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγωγῆς καὶ νῦν μιμνήσκεται, ὅτι αὐτὸν Κλέων εἰσήγαγεν, ἢ ἑτέρας κατ' αὐτοῦ γενομένης 'Αριστοφάνους, καὶ μὴ εἰσαγωγῆς, ἀλλὰ ἀπειλῆς τινος, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐμφαίνεται. ἐκεῖνά τε γὰρ ἀναπολεῖν ἀρχαιότερα ἔσται, νῦν τε ὡς περὶ αὐτοῦ λέγει. Iure igitur de hoc testimonio ita iudicat St. Srebrny[21]: *Adnotationes hae nihil afferunt secum novi, nulla facta ex fontibus nobis ignotis petita. Non sunt, ut ex textu apparet, nisi grammaticorum coniecturae* — ut meam opinionem addam — coniecturae eorum grammaticorum, vel potius unius grammatici, qui *Acharnensium* comoediam per Callistratum doctam esse in didascaliis legerat eaque de causa Callistratum in ius vocatum esse putaverat.

[21] *De Aristophanis origine peregrina*, p. 327.

Διὰ ταῦθ' ὑμᾶς Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται
καὶ τὴν Αἴγιναν ἀπαιτοῦσιν· καὶ τῆς νήσου μὲν ἐκείνης
οὐ φροντίζουσ', ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται.
'Αλλ' ὑμεῖς τοι μή ποτ' ἀφῆσθ', ὡς κωμωιδήσει τὰ δίκαια.

Is, qui beneficia plurima in populum Atheniensium contulerit, primo appellatur διδάσκαλος, **tum non celebratur nisi poeta. Qui nomen** διδάσκαλος **sensu stricto intellegunt, de Callistrato, publico comoediae magistro, sermonem esse putant, quem ab Aristophane poetae nomine in sequentibus versibus condonatum esse suspicantur, propterea quod verus fabulae auctor sub Callistrati nomine ita delitescere voluerit, ut ne minima quidem suspicio oreretur Callistratum comoediae poetam non esse[14]. Quae virorum doctorum opinio iam ea de causa prorsus reicienda esse mihi videtur, quod Aristophanes comoediam in scaena actam brevi post editurus erat suo nomine ornatam, quod — ut supra dictum est — ne ii quidem denegare audent, qui Callistratum in parabasi celebratum esse tamquam poetam omnibus rationibus demonstrare conantur. Quae igitur fuisset Callistrati laus, si brevissimo tempore post comoediam actam privatus ea esset ab Aristophane ipso comoediae suae nomen suum palam praemittente! Itaque Stephano Srebrny ex animo assentior, qui fieri non potuisse censet, ut Aristophanes, poeta ingeniosus, Callistratum tantis laudibus efferret quasi oblitus suae ipsius artis[15]. Optimus poeta,** ὁ ποιητὴς ὁ ἄριστος, **cuius laudabile nomen vel ad Persarum regem venisset, nemo esse potuit, nisi Aristophanes ipse, quamquam fabula ab eo acta non est. Qui cum bene sciret spectatores in dubio relictum non iri, sed quoquo modo cognituros esse, cuius comoediam proponeret Callistratus, ita eam composuit, ac si ipse eam sub Callistrati persona acturus esset. Qui aliter ratiocinantur, evitare non possunt, quin inertes ante *Vesparum* parabasin haesitent, neque ullo probabili modo explicare queunt, cur veri poetae sive Aristophanis res ibi exponantur, quamvis comoedia a Philonide scaenae commissa sit secundum didascaliae sententiam[16]. Itaque magna voce clamo omnes Aristophanis comoedias a quovis in scaenam datas eadem mensura aestimandas esse. Qui hanc normam agnoscere nolunt, potius deviis quam viis apertis se committere coguntur, ut nullum denique exitum ex ambagibus reperiant. Neque quidem mihi ignotum est plurimos viros doctos ea imprimis re deceptos esse, quod in prima parabaseos parte ille** διδάσκαλος **appellatur, quo nomine alii Callistratum ut publicum comoediae magistrum significari opinantur eundemque in versibus sequentibus celeberrimum poetam nominari arbitrantur, dum alii cautiores Callistratum poetam appellari posse negant.**

---

[14] Ita imprimis rem tractant Briel et Roemer, quos secuti sunt alii.

[15] St. Srebrny: *De Aristophanis origine peregrina* (Charisteria Th. Sinko ... oblata. Varsaviae—Wratislaviae 1951, p. 323).

[16] Hanc difficultatem vidit etiam Roemer (p. 129 sq.), sed explicare eam non potuit.

tale — la dottrina della *mixis*, basandosi sulla eccezionale sensibilità dei Greci al ritmo ed alla finezza delle sfumature modali, contribuiva alle antiche opere musicali una certa varietà e vivacità, e giovava ad evitare la monotonia e l'inespressività.

Nelle tragedie di Eschilo l'elemento musicale aveva una parte importantissima, quasi predominante, la qual cosa improntava le sue opere d'un carattere piuttosto statico e le faceva simili ai moderni oratorii. Sofocle ridusse alquanto le parti liriche nelle sue tragedie, ristabilendo l'equilibrio; Euripide invece aumentò di nuovo l'elemento musicale, però in un modo diverso da quello adoperato da Eschilo: egli diede la prevalenza all'individuo invece del coro. Sotto l'influenza del cosidetto „nuovo" ditirambo, Euripide creò una scena lirica libera, non limitata da schemi formali ed eseguita da singoli attori; egli cultivò la lirica individuale, monodica che esigeva come esecutori eccellenti virtuosi del canto e dello strumento[3]. Aristofane era un caloroso ammiratore di Eschilo ed un accanito avversario di Euripide. Ciò nondimeno, criticando ed irridendo inesorabilmente le novità introdotte dal terzo e l'ultimo dei grandi poeti della tragedia attica, egli seppe approfittare di alcune delle sue conquiste musicali, segnatamente agli scopi parodistici.

Nella tragedia le parti corali erano il più sovente destinate ai baritoni, le parti individuali ai bassi; quando la parte vocale esigeva una maggiore virtuosità, come per esempio, le monodie liriche, la si affidava ad un tenore[4]. Sulla scena attica cantavano dunque esclusivamente voci maschili. Senza dubbio, simile era la distribuzione delle voci nella commedia. L'accompagnamento strumentale era povero: un solo *aulos*, una certa, e qualche strumento di percussione, per sottolineare i ritmi delle danze eseguite dal coro. Bisogna pure notare, che l'*aulos* conduceva la melodia non unisono, con il canto, ma nell' intervallo di quarta o di quinta. Il poeta comico otteneva per mettere in scena una sua commedia, un coro composto di ventiquattro uomini. Quando il coro era diviso in due o in quattro parti, le voci erano certamente più differenziate. Rarissimi erano i casi, quando sulla scena apparivano ragazzi: allora risuonava pure una voce di soprano.

Accanto ai numerosi frammenti delle commedie di Aristofane, conservati da diversi autori antichi, possediamo intere undici commedie. Secondo il tempo della prima recita delle singole commedie, l'opera di Aristofane viene generalmente divisa in tre periodi: I. Gli *Acarnesi* — 425, i *Cavalieri* — 424, le *Nubi* — 423, le *Vespe* — 422, la *Pace* — 421. II. Gli *Uccelli* — 414, la *Lisistrata* — 411, le *Tesmoforiazuse* — 411, le *Rane* — 405. III. Le *Ecclesiazuse* —

---

[3] E. Romagnoli: *Musica e poesia nell'antica Grecia*. Bari 1911, p. 49; Р. Грубер: *История музыкальной культуры*. Т. I. *С древнейших времён до конца XVI в.* Москва—Ленинград 1941, p. 296.

[4] Грубер: *o. c.* p. 314.

Il passaggio dai trochei ai cretici è una *metabolé*, una modulazione nel senso più stretto della parola[7]. La modulazione ritmica era senza dubbio unita alla modulazione melica ed agogica. Anche gli esecutori erano cambiati: invece del corifeo cantava ora tutto il coro.

Segue una scena che rappresenta le preparative alla festa dei Fallofori, dopodichè il protagonista Diceopoli canta il suo inno fallico (v. 263 e s.). Questo canto dimostra certamente il carattere e lo stile delle autentiche ed antiche canzoni falliche, eseguite durante la processione di rito; vi si usavano sempre i ritmi giambici. La struttura di questo canto è piuttosto libera, i dimetri giambici alternano con monometri e trimetri. Anche il cambiamento dei singoli *coli*, mentre il ritmo essenziale rimaneva immutato, veniva considerato una modulazione, sebbene non tanto radicale come le precedenti, e perciò non era legato necessariamente ad una modulazione melica[8]. Il canto era accompagnato dal suonatore di *aulos*; si potrebbe anche congetturare, che tra tutti i modi del greco sistema musicale, il modo frigio era il più adatto alla canzone di Diceopoli per motivo del suo *ethos*[9].

Appena Diceopoli ebbe finito il suo canto all'onore di *Phalés*, compagno di Dioniso, quand'ecco il coro che lo attacca con tre dipodie trocheiche, credendo di aver finalmente raggiunto il perseguitato Anfiteo (v. 280 e s.). Il contrasto è qui ancora più stridente, i versi trocheici sono eseguiti senza dubbio prestissimo; però i vecchi componenti del coro si sono evidentemente stancati e finiscono, come per trarre respiro, con una dipodia peonica. Questa modulazione ritmica, cioè il passaggio da giambi a trochei, è tra le più semplici, ma nello stesso tempo, tra le più caratteristiche ed espressive. Tanto i giambi quanto i trochei sono ritmi trinarii, perciò non c'era un mutamento di quantità; però i giambi esigono delle misure anacrustiche, comincianti in levare, invece i trochei sono contenuti nelle misure tetiche, comincianti in battere. La modulazione ritmica era senza dubbio legata alla modulazione melica ed agogica, perchè Diceopoli eseguiva il suo canto in un tempo molto più lento che i versi trocheici del coro.

Il duetto di Diceopoli ed il corifeo (v. 284 e s.) è tutto composto di ritmi peonici; siccome però la lunghezza dei singoli *coli* cambia ogni tanto, e l'ultima lunga sillaba delle misure peoniche è spesso soluta, il musicista evitò felicemente la monotonia. Il tempo ed il carattere dei singoli *coli* è spiccatamente differenziato; Diceopoli, implorando, canta lentamente, il corifeo gli risponde con indignazione e violenza, vuol dire molto più presto.

Le strofi docmiache, introdotte tra una serie di trimetri giambici ed eseguite dal corifeo, meritano una speciale attenzione. È per la prima volta che

---

[7] Gevaert: *o. c.* II p. 72.
[8] Gevaert: *o. c.* II p. 73.
[9] Abert: *o. c.* p. 83—86.

Qui autem priorem parabaseos partem ad Callistratum referunt velut H. Schrader[17] et A. T. Murray[18], sequentibus autem versibus Aristophanem celebrari putant, non minus in caligine volutantur quam ii, qui Callistrato honores poetae tribuunt. Parabasis enim ita constructa est, ut ad unum eundemque virum spectet[19]. Qui in parabasi διδάσκαλος est, eodem tempore est ποιητής, et qui ποιητής est, idem est διδάσκαλος. Quaeri tantum potest, utrum nomen in hac parabasi sensu proprio usitatum sit, utrum autem translative.

In libro *Suda*[20] legitur testimonium evidentissimum: τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης. Quamquam publicus comoediae magister Callistratus fuit, Aristophanem comoediam docuisse dicit lexicographus. Τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης idem valet ac *Babylonios scripsit et docuit per Callistratum Aristophanes.* Poeta igitur ipse fuit διδάσκαλος, licet privatus, qui usus est magistro publico tamquam mediatore, quod ipsi publice agere non licebat aut quod ipse publice agere nolebat, ut ex comoediis elucere videtur, quae ab Aristophane iam omnibus civis privilegiis munito etiam posterioribus temporibus Callistrato vel Philonidi mandabantur. Sed quaeramus, quomodo res se habeat apud Aristophanem ipsum.

Acharnensium parabasis his incipit verbis: Ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν... — Ὁ διδάσκαλος ὃς χοροῖσιν τρυγικοῖς ἐφέστηκεν brevius nominari potest κωμωιδοδιδάσκαλος. Hoc autem nomine Aristophanes in *Equitum* parabasi (v. 507) omnes comicos poetas appellat, quos parabasi sua percenset. Versu autem 516, cum κωμωιδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων asseverat, in animo non magistri sed poetae laborem habet. Etiam in *Pacis* parabasi comoediae auctor iam κωμωιδοδιδάσκαλος iam διδάσκαλος appellatur. Quae cum ita se habeant, dubitari omnino non potest, quin in *Acharnensium* parabasi Aristophanes se ipsum intellegi voluerit, cum voce διδάσκαλος uteretur, praesertim cum in versibus subsequentibus ille διδάσκαλος ut clarissimus poeta celebretur. Ita Aristophanes, cum in parabasi de se ipso loqueretur, optimum firmissimumque nobis dedit testimonium non Callistratum sed se ipsum ab inimicis (ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν) accusatum esse, quod civitatem Atheniensium exagitavisset et populo maledixisset.

Eandem accusationem commemorat Dicaeopolis (v. 377 sqq.) haec dicens:

Αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἄπαθον
ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσι κωμωιδίαν.

---

[17] Philol. 36, p. 400.

[18] *The Citizenship of Aristophanes*, Proceedings of the American Philological Association XXXIV 1903, cuius commentatio praesto mihi non fuit.

[19] Cf. A. Körte, Bursians Jahresbericht, 1911, p. 279.

[20] S. v. Σαμίων ὁ δῆμος. Eadem apud Photium.

Comoediam suam Callistrato docendam Aristophanes ea de causa permisit, ut esset, qui ab archonte chorum peteret et acciperet, cum Aristophanem immaturum lex impediret, quominus ipse id faceret. Sed tradita Callistrato comoedia poeta a magistro publico ita recessisse non videtur, ut iam omnia ab hoc exsequenda essent. Immo vero ne dubitare quidem fas est, quin poeta ipse magistro ab archonte destinato chorumque exercenti adstiterit praeceptisque suis ad ipsam actionem spectantibus adiuverit. Ita quasi duo fuerunt magistri: Callistratus ab archonte publice designatus et Aristophanes privatus quidem, sed in fabula scaenae accommodanda certe longe actuosissimus. Hic magister non solum fabulae personis et choreutis notus fuit, verum etiam toti populo Atheniensi, qui iam ante dies festos explorare studebat, qui poetae prodituri et quas comoedias monstraturi essent. Aut sollemnium ordinem tam occultum secretumque usque ad ultimum diem fuisse putas, ut nemo eum cognoscere valeret? Si ita censes, cur de hominum curiositate loqueris?

Aristophanem spectatoribus ut verum *Acharnensium* poetam notum fuisse ex versibus parabaseos cognosci potest, in quibus ipse summis effertur laudibus. Qui cum fabulas scribere vetari non potuisset, quamquam adulescens erat pleno civis privilegio nondum ornatus, quod etiam Briel et Roemer concedunt, quid impedire potuit archontem, quominus et poetae et magistri fabulae publici nomina in album referret, aut quid cohibere potuit praeconem, ne comoediam a Callistrato agendam ab Aristophane compositam esse pronuntiaret? Immo hoc eum fecisse mihi respicienti postumas poetarum fabulas in scaena monstratas, quibus auctorum nomina certe appingebantur, probabilissimum videtur. Etiam antiquorum testimonia ad didascalias videlicet redeuntia eundem fabulas annuntiandi modum indicare nobis videntur, cum in eis verbum ἐδίδαξε sine ullo discrimine ad poetam referatur etsi fabulam suam per alium quemquam docentem, nusquam autem excepto uno testimonio praebeatur dictio κωμωιδίαν ἐδίδαξε ad magistrum intercedentem spectans[12], quae referri non posse videtur, nisi ad veros fabularum auctores[13]. Rectissime igitur scholiastes ad Aristophanis *Acharn.* v. 378 de *Babyloniis* tradidit, cum diceret τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, quamquam comoedia a Callistrato in scaenam data est. Quibus perpensis Aristopha-

---

[12] Cum de magistro a poeta adhibito agitur, antiquorum testimonia fabulam a poeta *per magistrum* doctam esse tradere solent, velut: ἐδιδάχθη διὰ Καλλιστράτου (de *Acharnensibus* et *Avibus*), ἐδιδάχθη διὰ Φιλωνίδου (de *Vespis* et *Ranis*), ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου (de *Daetalensibus* et *Babyloniis*), ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου (de *Amphiarao*), διδάξας διὰ Δημοστράτου (de Eupolidis *Autolyco*), εἰσῆκται διὰ Καλλιστράτου (de *Lysistrata*), καθῆκε διὰ Καλλιστράτου (de *Avibus*), καθῆκε διὰ Ἀραρότος (de *Cocalo* et *Aeolisicone*), διὰ Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου καθίει τινὰ τῶν δραμάτων, similia.

[13] Solus *Anonym.* περὶ κωμωιδίας III verbum ἐδίδαξεν ad magistrum adscripticium refert, cum de Antiphane dicat: τῶν δὲ κωμωιδιῶν αὐτοῦ τινὰς καὶ ὁ Στέφανος ἐδίδαξεν.

moniis una cum insula reposci videbatur. Quos versus iterum exscribere iuvat, ut res accuratius examinetur. Sunt autem hi:

> Διὰ ταῦθ' ὑμᾶς Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται
> καὶ τὴν Αἴγιναν ἀπαιτοῦσιν· καὶ τῆς νήσου μὲν ἐκείνης
> οὐ φροντίζουσ', ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται.

Ut difficultas hisce versibus inhaerens ita tolleretur, ut omnia clara et perspicua fierent, varias explicandi rationes proferebant antiqui, quarum nullam fide dignam esse statuo contra omnium opinionem. Fuerunt igitur, qui Aristophanem comoedias suas in Aegina composuisse aut Aeginae colonum fuisse dicerent, ut e scholio ad *Acharn.* v. 654 cognosci potest: ἐντεῦθεν τινὲς νομίζουσιν ἐν Αἰγίνηι τὰς κωμωιδίας ποιεῖν τὸν Ἀριστοφάνην, διὰ τὸ ἐπενηνοχέναι αὐτόν... ταῖς ἀληθείαις εἷς ἦν τῶν ἐν τῆι νήσωι κληρουχησάντων. Sed his respondet idem scholiastes nihil impedire potuisse Aristophanem, quominus alio loco comoedias componeret, si Aegina in Lacedaemoniorum potestatem venisset: οὐδὲν δὲ ἐκώλυε καὶ ἑτέρωθι συγγράφειν, εἰ ὑπὸ Λακεδαιμονίους ἡ νῆσος ἐγεγόνει. Itaque fieri non potuisse, ut Lacedaemonii insula potiti poetam quoque secum haberent. Ceterum, ait scholiastes, nusquam scriptum esse poetam in Aegina quicquam possedisse οὐδεὶς ἱστόρηκεν ὡς ἐν Αἰγίνηι κέκτηταί τι Ἀριστοφάνης. Quocirca Aristophanis versus refe-rendos esse putat ad Callistratum, qui colonus Aeginae fuerit: ἔοικε ταῦτα περὶ Καλλιστράτου λέγεσθαι, ὃς κεκληρούχηκεν ἐν Αἰγίνηι μετὰ τὴν ἀνάστασιν Αἰγινητῶν ὑπὸ Ἀθηναίων. Sed cave fidem des huic scholiastae explicationi, qui, ut ita dicam, necessitate coactus ad novam rei explicationem confugit, ut ex angustiis quoquo modo exiret. Simillimam viam ingressi sunt ii, quos memorat *Vitae* auctor, cum dicat fuisse quosdam, qui Philippum, Aristophanis patrem, Aegina oriundum esse censerent[26]. In scholio ad *Acharn.* v. 654 et in *Vita* Aristophanis merae sunt suspiciones, quibus deest testimoniorum auctoritas. Itaque teneamus testimonia, quae Aristophanis genus Athenis adiudicant. Nam haec testimonia genuina sunt, longe scilicet anteponenda eis, quae ex mala comoediarum interpretatione profluxerunt.

Cum rem ita instituamus, ad illos versus iterum respicere debemus, in quibus de Lacedaemoniis Aristophanem reposcentibus sermo est, ut nulla iam dubitationis umbra relinquatur. Poeta rem ita exponit: Lacedaemonii pacem proponunt et Aeginam postulant. Sed de insula illa non cogitant, verum potius id spectant, ut poetam (i. e. Aristophanem) accipiant. His verbis facetissimus iocus inesse videtur a poeta excogitatus. Secundum Ps.-Dioscuridem αἴγινος est planta, ex qua venenum parabatur. Aeginae sive cicutae nomen ioculare Aristophanes sibi dedisse videtur, cum tamquam veneficus acerbissimis irrisionibus contumeliisque vitam inimicis suis abominandam

---

[26] κατὰ τινὰς δέ, ὡς ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Φίλιππος Αἰγινήτης.



Νῦν ἐστιν ἡμῖν, ὦνδρες Ἕλληνες, καλὸν
ἀπαλλαγεῖσι πραγμάτων τε καὶ μαχῶν
ἐξελκύσαι τὴν πᾶσιν Εἰρήνην φίλην...

Aristoph. *Pax* 292 sqq.

perficiunt, ut clarius ipsa sentiatur. Cum porro animi indigentia maior quam corporis sit, aequum sui amorem non in corporis, sed in animi voluptatibus augendis et expetendis versari decet. Neque enim illud praetermittendum est naturales animi voluptates cum bonitate eius et cum virtute facere (v. s.), corporis vero, nisi temperantia satis assuefactae sint et restrictae (cf. e. c. Dem. fr. B 40, 74, 176, 178, 187, 207, 209, 210, 211, 246), ad avaritiam potius spectare eique etiam inservire. Quod ita se habere cur Democritus existimaverit, causa non latet. Nam corporis desideria, velut fames et sitis, vi adeo ceteris praestant, ut illius bona si non sola, at certe maxima facile ducantur, quo viso et persuaso animus ad avaritiam inclinat necessario: ...αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξεις τυφλοῦσιν εἰς τἆλλα τὴν ψυχήν (Dem. fr. B 72). Omninoque avaritia in corporis voluptatibus praeter naturae necessitatem auctis et excultis eisdemque falsa animum delectatione corrumpentibus tamquam primis radicibus inhaeret ibique hominum felicitati praecipue insidiatur nocetque. Quare Democritus, ut erat avaritiae inimicissimus (v. s.), pravas animi voluptates et affectiones, quae maxima ex parte in corporis iucunditatibus perperam exaggerandis et multiplicandis versantur, luxuriam, intemperantiam imprimisque amatoriam libidinem, hac enim animum a mente imprimis abduci atque abalienari putabat (cf. e. c. fr. B 32, 127, 159, 160, 214, 223, 234, 235), gravissime castigavit repudiavitque. Quam doctrinam excoluit et auxit et ingenio suo accommodavit Epicurus (cf. e. c. Epic. *Ep.* III 127 sq., *Sent.* XXVI—XXX).

Haec fere habui, quae de philosophiae Democriteae parte morali universe et generatim dicerem. Neque ignarus sum nonnulla desiderari, nam in libro, quem patrio sermone conscripsi[1], quem mox prelum subiturum spero, cum eisdem de rebus multo uberius disputavi, tum etiam Democriti praecepta cum Socratis fama contuli, sed tamen propter loci angustias hoc tam conciso summario acquiescendum mihi ad tempus esse ratus scribendi finem facio.

Varsaviae, 14 X 1953

---

[1] Cf. Sprawozdania PAU LIII 1952 nr 3 p. 114. Libros, quos de praeceptis Democriteis Enriques—Mazziotti (*Le dottrine di D.* Bologna 1948) et Mesiano (*La morale materialistica di D.* Firenze 1950) conscripserunt, comparationis difficultate impeditus consulere non potui.

Iacco. È una cosa verosimile, che il canto era composto nel modo ionico o ipofrigio, il più conveniente ai ritmi ionici, ed eseguito in un tempo abbastanza vivo, probabilmente *allegretto*.

Il canto all'onore di Pallade Atene è diametralmente diverso: composto di soli spondei anapestici disposti in trimetri, dimetri e tetrametri, dimostra il carattere di un lento inno ieratico eseguito durante la sacra processione[15] ed è assolutamento privo di qualunque ombra di parodia (v. 372—381). Esso non è cantato immediatamente dopo il primo inno dedicato a Iacco, ma ne è separato da diciotto tetrametri anapestici eseguiti dal corifeo: li possiamo dunque considerare la parte anapestica della parabasi che non si trova in questa commedia sul solito posto.

Il terzo inno all'onore di Demeter è vivace, leggiero, giocoso; i dimetri giambici dimostrano un carattere spiccatamente popolare; le due strofi dell' inno rispondono con precisione una all'altra (v. 384—393). Infine il quarto inno, dedicato di nuovo a Iacco, è meno appassionato e violento di quello primo, ed ha piuttosto un carattere ballabile; esso è composto di giambi combinati con bacchi e disposti a trimetri e monometri (v. 398 ss.). Tutto il brano è terminato da un'allegra scena danzata, composta pure di dimetri giambici e di ritmi bacchici (v. 448 ss.)[16].

Gli studiosi dei problemi corali nelle commedie di Aristofane vengono alla conclusione, che il parodo delle *Rane* fosse eseguito dal coro diviso in quattro gruppi: quello dei vecchi, dei giovanotti, delle donne e delle ragazze; il carattere di ciascuna strofe era adatto al gruppo che la cantava[17].

Dopo questa grande scena, interessantissima tanto dal lato musicale quanto dal punto di vista ideologico — vi è palese l'atteggiamento del nostro poeta verso i misteri eleusini da una parte e verso Dioniso dall'altra — segue un lungo brano dialogico, interrotto da due brevi duetti composti in dimetri trocheici mescolati a cretici e cantati prima dal corifeo e Dioniso, poi dal corifeo e Santia. Il carattere di questo brano è buffo e grottesco e sta in un palese contrasto con gli inni religiosi della scena precedente (v. 534—548 e 590—604).

Molto belle sono l'*odé* e l'*antodé* delle *Rane*, iniziate con un solenne appello alla Musa (v. 674—685 e 706—717). Come il ritmo principale vi dominano i tetrametri anapestici, un paio di volte sostituiti dai coriiambi; i tetrametri si alternano coi dimetri, il chè contribuisce alla vivacità di queste strofi. Dopo ogni strofe il coro eseguiva venti tetrametri trocheici; così possiamo constatare, che l'*epirrhema* e l'*antepirrhema* si trovano qui al completo.

---

[15] Gevaert: *o. c.* II p. 171.

[16] F. A. Gevaert osserva, che una simile mescolanza di elementi religiosi con buffonate troviamo nel *Flauto magico* di Mozart (*o. c.* II p. 561).

[17] C. Couat: *Notes sur la division du choeur dans les comédies d'Aristophane.* Mélanges Henri Weil. Paris 1898, p. 55.

questo periodo, fermiamo la nostra attenzione sulla commedia delle *Rane*, recitata per la prima volta[11] alle Lenee del 405. È questa l'ultima commedia politica di Aristofane, però la satira politica diventa qui piuttosto una satira letteraria. La commedia si divide staccamente in due parti ineguali e molto differenti nel loro stesso carattere. La prima parte delle *Rane* rappresenta il viaggio di Dioniso al regno dei morti, ed è in prevalenza riempita di episodi grotteschi e di vari effetti scenici. Dioniso v'incontra quelle fantastiche figure, con cui il folklore greco popolò il mondo dei morti[12]. Gli scienziati scorgono in questo viaggio sotterraneo una aperta parodia religiosa diretta contro il Dioniso stesso[13]. La commedia prese il titolo dal coro delle Rane, che cantano le loro strofi durante il viaggio di Dioniso nella barca di Carone; il dio canta pure stando nella barca. Questo brano si comincia con un refrain onomatopeico *Brekekekex koax koax* che viene ripetuto alcune volte e finalmente chiude la scena. Il duetto del coro con Dioniso dimostra una struttura molto libera; le singole strofi non corrispondono affatto una all'altra. I *coli* sono brevissimi, composti di monometri e dimetri; soltanto nel mezzo del brano troviamo tre trimetri trocheici. Nel duetto prevalgono metri giambici alternanti con trochei; un paio di volte vi sono intercalati singoli cretici. Il continuo mutamento delle misure tetiche con quelle anacrustiche rivela chiaramente la presenza delle modulazioni meliche. Il commento delle σχόλια alla parola ξύναυλον spiega che il canto era accompagnato dall'aulos. Cantato per l'ultima volta il suo *Brekekekex*, il coro delle Rane lasciava la scena e vi ritornava dopo un breve tempo nei costumi dei misti, vuol dire degli iniziati nei misteri eleusini. Il canto dei misti è preceduto da un preludio strumentale: Dioniso e Santia dicono di sentire il suono dei sacri *aulos*.

Il parodo del coro dei misti è composto di quattro inni dedicati alla triade degli dei eleusini: Iacco, Atene, Demeter e di nuovo a Iacco. Il dio Iacco viene di solito considerato identico con Dioniso; però, mi sembra giusta l'asserzione di Carlo Pascal, che nelle *Rane* Aristofane fa una palese differenza tra il dio eleusinio Iacco, da lui ammirato e rispettato, e Dioniso, che in questa commedia il poeta irride con maggiore malizia e mordacità che non nelle altre sue opere[14].

Ciascuno di questi quattro inni è diverso. Il primo canto all'onore di Iacco (v. 323—351) è composto di ritmi *ionici a minore*, disposti a dimetri e tetrametri. Sarebbe davvero difficile scegliere altri ritmi più adatti per il loro *ethos* al mistico ed entusiastico carattere di questo inno celebrante il dio

---

[11] La commedia delle *Rane* ebbe tanto successo che ottenne il rarissimo privilegio di essere ripetuta sulla scena. Sinko: *o. c.* p. 416.

[12] И. М. Тронский: *История античной литературы*. Ленинград 1951, p. 173.

[13] C. Pascal: *Dioniso. Saggio sulla religione e la parodia religiosa in Aristofane*. Catania 1911, p. 27—33.

[14] Pascal: *o. c.* p. 197.

une tout autre situation sociale, ils avaient des exigences et des besoins différents et une analyse de ces deux extrêmes (le mime littéraire et le mime non-littéraire proprement dit) doit nous révéler ces différences reflétées dans nos textes.

Tout d'abord il faut remarquer les différences formelles. Le mime non-littéraire n'est jamais connu entièrement, même si nous en possédons le texte. Ici la parole, et surtout la parole écrite, joue un rôle plutôt secondaire, l'essentiel est le geste et le jeu de l'acteur. Nous le voyons clairement dans les fragments du papyrus qui — même dans les parties les mieux conservées — sont comme incomplets et ne présentent pas nettement le cours de l'action. On changeait, on complétait le texte, on l'accommodait même, si le besoin s'en faisait sentir. Les additions postérieures dans le P. Oxy. 413[14] le témoignent clairement. Nous y trouvons même certaines parties du premier mime dans une double version. Sans aucun doute il y avait encore place pour l'improvisation de l'acteur. Par contre, le mime littéraire était très probablement destiné à la récitation. Cette question n'est pas encore définitivement tranchée aujourd'hui, mais il semble que l'antiquité qui comprenait dans un même genre littéraire un poème comme *Thalysia* et un mime comme les *Moissonneurs* de Théocrite était plus proche de la vérité, que les savants modernes, qui veulent voir les *Syracusaines* sur la scène. Sans doute Hérondas est plus scénique, mais n'oublions pas, que parmi ses mimiambes on trouve aussi un poème tel que le mime VIII — le *Rêve* — qu'il est difficile de s'imaginer joué sur la scène. La forme dramatique est conservée, mais, comme le dit H. Wiemken, *die dramatische Form dient nur mehr zur literarisch-spielerischen Verhüllung episch-lyrischer Inhalte*[15]. Il semble que cette différence entre le mime littéraire et non-littéraire résulte, au moins partiellement, de la différence du milieu social de leur public. Les mimes d'Hérondas ou de Théocrite étaient probablement récités dans un cercle peu nombreux d'élus, dans les belles salles du palais royal ou dans les maisons des dignitaires de la cour. Le mime non-littéraire devait souvent être mis en scène sur des places publiques ou sur la scène provinciale d'un Oxyrhynchos[16]. Pour le poète hellénistique la chose essentielle était le texte écrit — et c'est lui qui, sans considération de l'exécutant, devait lui assurer l'immortalité. L'auteur anonyme du mime non-littéraire ne rêvait pas d'immortalité, parce qu'elle n'était pas pour lui. Il ne voulait que créer un canevas pour les acteurs de la troupe mimique, mais c'étaient eux

---

[14] Voir ll. 118 a et b.

[15] Wiemken: *l. c.*

[16] Voir p. ex. O. Crusius—R. Herzog: *Die Mimiamben des Herondas.* Leipzig 1926, Einleitung p. 53: *So wurden auch im Altertum diese Stücke des Herondas und Theokrit gewiss nicht wie der unliterarische Mimus dem Volke der Strasse, etwa wie in unserem Variété und Kino, dargeboten, sondern als literarische Feinkost in kleinerem, intimen Zirkel wie in den modernen Kabarets: das heist als Würze der Symposien.*

Etenim sermonis facultas, quae cogitationibus tamquam vincula inicit atque verborum dominationem adiungit, nequaquam ipsius animi aut mentis aut animae, verum hominis totius, hominis dico aperte ex anima et corpore constantis, propria facultas est. Quid ita? Quia sermo neque sine animae intellegentia neque sine pulmonibus, faucibus, lingua, palato, reliquis omnibus corporis adiumentis et auxiliis oriri potuit (cf. e. c. *Il.* XXIII 100 sq.; *Od.* XI 95 sq.; XXIV 5 sq.; Lucr. III 624 sq.; Cic. *Tusc.* I 16, 37). Atque ut animae unitas intellegentia munitur (v. s.), sic ea, quae latius patet, hominis unitas in peculiari quadam memoria et conscientia idoneis verbis et notitiis corroborata satis praesidii habet. Animae partes motibus inter se dissidere possunt, verbis altercari non possunt. Quare quod ante iterum ac saepius dixi mentem animo praecipere, quae facienda essent, id nunc et plane quidem moneo ita intellegi debere, ut mens non per se ipsam, sed per hominem in huius ipsius conscientia cum animo agat eique quae sint facienda praecipiat. Malos igitur et inaequabiles animi motus (v. s.) nemo nisi homo intimi sermonis compos et menti addictus aptis aequisque cogitationibus coërcere atque in motus bonos et aequabiles convertere potest. Neque id discrepat profecto, quod Democritus, sicut ante vidimus, animum vincere viri prudentis, non ipsius mentis officium esse asseveravit (cf. fr. B 236, v. s.). Mens ceteris animae partibus motuum aequabilitate praestat eademque illis quasi exemplum quoddam concordiae, quam animae unitas prorsus requirit, ad imitandum proponit. Cui aequabilitati in hominis conscientia ratio eiusque praecepta respondere et comitari videntur. Sed tantum aberat, ut Democritus in praeceptis aut verbis acquiesceret solis, ut vel pulcherrima enuntiata, cum factis non comprobarentur, prorsus repudiaret. Sic enim sine dubio et illud λόγος... ἔργου σκιή (Dem. fr. B 145) et cetera eius modi dicta interpretanda sunt (cf. e. c. Dem. fr. 53 a, 55, 63, 82, 177). Democritus facta, quae sub animi imperio esse sibi persuasit, in morali doctrina maxime curavit (v. s.). Verba non sane neglexit, sed eam ob causam, quod idonea erant, quibus homo animum commotum et ab erroribus revocatum ad obsequendum menti et ea, quae fieri oporteret, studiose perficienda adduceret. Verumtamen id quoque accidere solet, ut homo a mente ad animum minus illi oboedientem desciscat et fallacibus verbis intemperantiam eius adaugeat incitetque. Quo facto quin ipse miserrimus sit, fieri non potest. Nam dum animus a mente discrepat, anima motuum inaequabilitate et discordia laborat, cuius sensus quidam per omnes conscientiae partes manat et hominem infelicem reddit. Simili autem modo homo tum necesse est felicitatis sensu fruatur, cum animus probe ad suum munus fungendum affectus menti pareat atque anima motuum aequabilitate et concordia plane floreat. Itaque Democriteae doctrinae moralis summa in eo versari videtur, ut mens, quae animae principatum natura teneat, in hominis conscientia dominari et cum universae motuum concordiae, tum recte factis sine ulla intermissione efficaciter prospicere pergat. Quibus cognitis

Galatea, lo fece suonare di cetra per cattivarsi la ninfa amata; Filosseno inventò proprio quella voce per imitare il suono dello strumento. Vi troviamo tra i trimetri giambici del dialogo — cosa rarissima — tre versi composti di dimetri docmiaci; infine, alcuni tetrametri anapestici cantati dal corifeo terminano la commedia. Ed è tutto che possiamo dire della musica del *Pluto*.

Siccome ai brani musicali di queste due ultime commedie non si può negare nè grazia nè invenzione, è d'uopo constatare che il talento musicale d'Aristofane non era ancora esaurito. È piuttosto prova del fatto, che la stessa commedia attica detta „vecchia" appassiva e moriva come genere letterario[19]. I commentatori antichi recano un altro motivo della povertà dell'elemento musicale nelle ultime commedie: il peggioramento della situazione economica della città-stato[20]. La pubblica miseria dopo la guerra peloponnesiaca divenne tale che non si potè più pensare ai larghissimi dispendi che avevano reso possibile l'incomparabile sfarzo della commedia antica. Lo stato non potè più fornire al poeta-regista un numero sufficiente di coristi, cantanti e ballerini, nè di suonatori degli strumenti. Così l'autore di un'opera scenica si trovò nella situ azione di un compositore di un dramma lirico il quale, invece di mettere in scena uno spartito completo con orchestra, cori e cantanti, è in grado di far recitare il libretto con pochi intermezzi di ballo.

La musica di Aristofane fu certamente a suo tempo notata come il testo verbale; siccome però non arrivò ai tempi nostri, possiamo tentare a ricostruirla soltanto in parte, basandoci, come fu detto sopra, sui testi verbali, sugli antichi commentarii, come pure su notizie generali forniteci dai trattati teorici. Questi dati sono sufficienti perchè potessimo renderci conto dei grandi pregi della musica aristofanea; è lecito affermare che nelle ricostruzioni del genere la dosi della libertà e fantasia non è maggiore che non in altre ricostruzioni scientifiche — se si tratta di filologia, di archeologia o di paleontologia. È notorio — come ho detto all'inizio — che il ritmo nella musica greca era elemento tanto importante da influire perfino la linea melodica e la scelta del modo, il quale determinava da parte sua l'*ethos* di un dato brano. Siccome il registro delle voci maschili, adoperate sulla scena, non era troppo vasto, non si poteva neppure parlare della armonia nel senso moderno — le possibilità creative dei musicisti antichi erano abbastanza limitate, e perciò la ricostruzione della greca musica vocale sulla base di testi verbali è molto più facile che non quella di una musica moderna. Siamo dunque grati al destino che ci salvò almeno tanti dati da permetterci a formare — con una certa dose di immaginativa musicale — un concetto abbastanza chiaro per poter apprezzare il grande talento di Aristofane anche nel campo della musica.

Warszawa

---

[19] Sinko: *o. c.* p. 419.

[20] *Comicorum Graecorum fragmenta* ed. Kaibel. Berolini 1899, p. 5. (Ἐκ τῶν Πλατωνίου. 1. Περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν).

σειδῶν ὁ ἵ]ππιος ἔντ[οσθε, καθ]|άπ[ερ ὁ ποιητὴς ποιεῖται αὐτο]ῦ μνήμη[ν λέγων οὕτω]·|

[πεντήκοντ' ἀνδρῶν λίπε Κοίρα]νον ἵππ[ιος Ποσειδῶν][3].

Tota inscriptio quattuor columnas versibus Archilocheis implexas olim continuerat, quarum secunda et tertia deperditae, prima autem et quarta valde mutilatae sunt. Et quamquam multi viri docti, in primis autem Hiller de Gaertringen, summam operam servatis inscriptionis partibus navabant, ut textum misere oblitum e monumento elicerent, tamen propter difficultatem in singulis litteris recognoscendis et propter neglegentiam inertiamque sculptoris, qui inscriptionem incondite confectam omissionibus vitiisque non raris deformaverat, assequi non potuerunt, ut proponerent textum satis perspicuum et ab omni parte illustratum. Itaque placuit mihi ad eandem inscriptionem accedere et explicare ea, quae nondum sunt explicata, aut male intellecta prorsus aliam nobis rerum imaginem praebent atque intenderat inscriptionis auctor. Omnes tamen inscriptionis partes retractare in animo non habeo, quippe cum nonnullae adeo sint laceratae et contusae, ut nulla fere spes restituendi relinquatur. In considerationem vocabo solum versus 40—60 editionis Diehlianae tertiae, qui duo continent Archilochi fragmenta spectabiliora adhuc, ut mihi videtur, recte non explanata. Considerationi nostrae praecedat textus post multa virorum doctorum conata a Diehlio sic constitutus: ...]φον(?) δὲ τὸ[ν χρυσὸν]| [π]άντα τοὺς Θρ[ᾶικας λέ]γουσιν Πάριοι ἑα[υτοῖς]|ἀποκατιστάνα[ι πάλιν· δι]ασαφεῖ δὲ τ[αῦτα]|[καὶ] αὐτὸς ὁ [ποιητὴς λέγων]·

[· ·]ατ[· ·]φυλ[·ˣ·]|[·]ο[·¹²·]σαι[·¹²·]ιαι
[·ˣ·]||γρα[·¹²·]εκεσ[·¹⁰·μ]ένω[·]·
πολλ[⏑ ˣ ⏑]|εἶπε ἀστ[⏑ –] πάϊς Πεισιστράτου
ἄνδρας [–]ω|λοῦντας αὐλὸν καὶ λύρην ἀνῆρ' ἄγων
εἰς Θάσον κυσὶ|Θρ⟨έ⟩ιξιν δῶρ' ἔχων ἀκήρατον
χρυσόν· οἰκείω⟨ι⟩|δὲ κέρδει ξύν' ἐποίησαν κακά,

ὅτι τοὺς Θρᾶικας||ἀποκτείναντες αὐτοὶ οἳ μὲν αὐτῶν ὑπὸ Παρί|ων ἀπώλοντο, οἱ † λιστὰς Σάπας ὑπὸ τῶν Θραι|[κ]ῶν. μετὰ ταῦτα πάλιν γίνεται ἄρχων Ἀμ|φ[ί]τιμος, καὶ ἐν τούτοις διασαφεῖ πάλιν, ὡς | ἐ[ν]ίκησαν καρτερῶς τοὺς Ναξίους λέγων||[ο]ὕτω·

τῶν δ' Ἀθηναίη μάχηι
ἵλαος παρασταθεῖσα, | παῖς ἐρικτύπου Διός,
καρδίην ὥρινεν αὐτῆς † τῆς πολυ|[κ]λαύτου λεώ·
† κἐπὶ † τῶν [...]λα κείνης ἡμέρης ἐπαύ|[λι]α
ἄλλον ἤιτησεν· τόσους γὰρ ἐξεχώρησεν γύας
Νηλέ|[ως τοῦ] παντός· ἀλλὰ θεῶν Ὀλυμπίων νόωι
Νη[

[3] Locus allatus est secundum E. Diehlii *Anthologiae lyricae Graecae* editionem tertiam. Cf. etiam Archilochi fr. 117.

Una speciale attenzione merita il primo *stasimon*, che precede la scena del tribunale: esso è composto di quattro identiche strofi, di quattro versi ciascuna, le quali contengono tre tetrametri dattilici separati da tre dimetri e mescolati a spondei. Queste strofi imitano i cori delle tragedie di Eschilo: esse sono serie, enfatiche e patetiche, eseguite senza dubbio con gravità e lentezza. Il testo verbale contiene pure alcune espressioni eschilee (v. 814—828). Il seguente brano lirico, diretto a tutte le Muse, dimostra una simile struttura; vi troviamo numerose reminiscenze verbali tanto di Eschilo quanto di Euripide (v. 875 ss.).

Finalmente comincia la scena del tribunale, aspettata con ansia dal coro. Vi appaiono dimetri trocheici con numerose soluzioni, la qual cosa prova con sufficiente evidenza, che il tempo dell'esecuzione del brano era piuttosto vivace. Tutta questa scena è molto variata in quanto alla struttura ritmica. Una lunga serie di tetrametri giambici è cantata da Euripide e Dioniso (v. 906—970); Eschilo vi si fa sentire una sola volta. A mano a mano, mentre sta crescendo la tensione del dialogo, si va accelerando il tempo; i tetrametri giambici si cambiano in dimetri cantati pure alternamente da Dioniso ed Euripide (v. 971—991). Il coro che ascolta con grande attenzione, ci inserisce la sua strofe, in responsione a quella cantata prima (v. 992—1005). Finalmente risuona la voce di Eschilo ed il duetto si muta in un terzetto. Dapprima è una lunga serie di tetrametri anapestici (v. 1006—1076) terminata con ventidue dimetri pure anapestici cantati a metà da Dioniso a metà da Euripide. Il coro, la cui tensione sta perdurando, esprime i suoi dubbi e la sua inquietudine con un canto composto in prevalenza di dimetri trocheici (v. 1099—1118). Dopo questa scena in parte recitata e in parte cantata, i due poeti inaugurano il loro *agon*, interrotto ogni tanto dalle interrogazioni e dalle osservazioni di Dioniso. Una volta ancora il coro canta la sua strofe trocheica, esprimendo la sua ammirazione e la sua simpatia per Eschilo (v. 1251—1260).

Ora comincia la parte più allegra ed interessante dal punto di vista musicale. Euripide canta una parodia dei cori eschilei, Eschilo invece presenta una parodia delle monodie tragiche di Euripide. Dapprima Euripide canta un brano dei *Mirmidoni* di Eschilo, eseguiti nella tragedia originale dal coro, e vi intercala frammenti di altre tragedie, vendicandosi perchè Eschilo poco tempo fà attaccava le stesse parole: ληκύθιον ἀπώλεσεν a tutti i suoi prologhi. Queste strofi, composte di dimetri e tetrametri dattilici con alcuni spondei ed anapesti, imitavano indubbiamente la struttura dei canti corali eschilei e si eseguivano lentamente, con una gravità ieratica che contrastava in un modo comicissimo colle prosaiche osservazioni di Dioniso e con la monotonia delle ripetute parole: κόπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν; (v. 1264—1277). Continuando la sua parodia, Euripide canta dopo ogni due versi una lunga e misteriosa parola: τοφλαττόθραττόφλαττόθρατ. Sappiamo dai commentarii antichi, che l'*aulos* eseguiva qui un' interludio strumentale; è dunque evidente che

DE NUMERO HISTRIONUM PARTIUMQUE IN COMOEDIIS PLAUTINIS QUAESTIONES

Scripsit

MICHAEL SWOBODA

(*Res porro tractatur* cf. EOS, XLV, 1 [1951] p. 149 sqq.)

II

Priusquam nostram opinionem de hac quaestione exprimimus, de communibus quibusdam rebus, quae in partibus dramatis distribuendis plurimum valere possunt, breviter disputabimus. Steffen in Terentii fabulis eiusdem personae partes plures actores gerere potuisse affirmat[1]. Idem quoque in Plautinis comoediis demonstrari potest, etiam in Sophoclis *Oed. Colon.* Thesei persona inter tres histriones distributa esse traditur. Non habemus, cur usum hunc in nonnullis saltem antiquorum dramatis non modo notum, sed etiam tritum fuisse denegemus. Prologus peculiari histrione minime indigebat, sed sive a domino gregis sive a quocumque actorum, ornatu prologi praedito, qui postea alium habitum induebat suasque proprias partes porro gerebat, pronuntiari poterat[2]. Cuius rei haec documenta Plauti comoediae praebent: *Poen.* 57: *ibo*: *alius nunc fieri volo.* Versu autem 127 eiusdem fabulae „Salus", prologi persona, evidentissime declarat: *ego ibo, ornabor.*

Quae intuentes viri docti paene eadem vel eadem atque nos de hac arte iudicaverunt. O. Köhler[3], ut puta, ad Plauti *Capt.* v. 62 haec adnotavit: *der Sprecher des Prologs war also einer der bei der Aufführung des Stückes selbst tätigen Schauspieler.* Fr. Leo quoque (*Plautinische Forschungen* p. 172) pauca de hoc usu scripsit: *Den Prologredner, der sich umkleiden muss um seine Rolle im Stück zu spielen, finden wir auch Poen. 123, 126, in zwei Fassungen der Stelle, die vielleicht beide jüngeren Ursprungs sind... ob er aus der griechischen Bühnenpraxis stammt, ist nicht nachzuweisen, da jeder die Rolle spielen konnte und er also im Technitenpersonal als eigene Figur keine Stelle hat, wie der in einigen Prologen (Asin., Poen.) mit ihm verbundene κῆρυξ, der wie auf der alten Bühne (Acharn. 11) so in den θίασοι den Anfang des Spiels verkündet.*

---

[1] C. Steffen: *De actorum in fabulis Terentianis numero et distributione* (Acta Soc. Lips. II fasc. 1 p. 136).

[2] Conf. Brix—Niemeyer: *Menaechmi.* Leipzig 1912, *Einleitung*, p. 9. I. Brix in praefatione ad Plauti *Trinummum*, p. 21 prologum rarissime a domino gregis pronuntiatum fuisse, saepissime autem id adulescentem ornatu prologi fecisse scribit. Quae quidem opinio Terentii *Hecyrae* prol. II, 1 et eiusdem *Heaut. timor.* prol. 2 nititur.

[3] *Ausgewählte Komödien des T. Maccius Plautus* erklärt von Brix—Niemeyer. *Captivi.* 7. Auflage bearbeitet von Oscar Köhler. Leipzig—Berlin 1930.

imbuti spectent: quid censes munera terrae,
quid maris extremos Arabas ditantis et Indos,
ludicra quid plausus et amici dona Quiritis,
quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?
Qui timet his adversa, fere miratur eodem
quo cupiens pacto: pavor est utrobique molestus,
inprovisa simul species exterret utrumque. cet.

Horatius non secus atque Cicero sapientiam firmitatemque, quam Democritus ἀθαμβίαν vocare consuevit (v. s.), omni terrore et admiratione prorsus vacare indicat. Et tamquam caligine aliqua ab oculis subito dispulsa eam ipsam sapientiam, quae ab omni terrore et admiratione libera atque pura declaretur, avaritiae, quam praeposteram divitiarum, opum, honorum, rerumque externarum admirationem et reverentiam quandam cupiditatis plenam supra dixi, contrariam et quidem ita contrariam esse cernimus, ut quemadmodum haec sit maxima vitiositas, sic virtus maxima sit illa. Virtus vel virtutes, ita enim varias illas quidem, sed inter se nexas et iugatas virtutis facultates atque appellationes nominare liceat, progressus facere et possunt et debent, dum ad eam perfectionem atque absolutionem perveniant, quae a Democrito ἀθαμβία appellata est. Haec igitur non simpliciter virtutem, quae maior minorve esse potest, sed perfectam et absolutam virtutem significat, quae sapientia, iustitia, fortitudine, temperantia, reliquis omnibus virtutibus ipsis quoque (ut in hominibus!) perfectis et absolutis summo opere excellit neque iam ullum omnino incrementum capit. Ac si quaerimus, cur Democritus hanc tantam virtutem ex rerum externarum contemptione et despicientia nominaverit, de avaritia eum tum cogitavisse puto, quacum virtus ita pugnaret, ut in ista magis magisque comprimenda et comminuenda ipsa cresceret, in stirpitus autem evulsa omnique externarum rerum admiratione atque cupiditate plane elisa virtus denique evaderet maxima. Avaritiae iniustus et perniciosus sui amor comitatur, virtuti vero quamvis iustus et salutaris, nam non animo contumaci, sed integrae menti probatus, proprie inhaeret (v. s.). Itaque ἀθαμβία summam et virtutem et felicitatem et animi bonitatem complexa continet. Quae quidem doctrina quantopere non solum ad singulorum hominum animos excolendos, sed etiam ad communis vitae societatem et fidem confirmandam valeat, id cum ex multis, tum praecipue ex eis apparet, quae Democritus de iustitia protulit (cf. e. c. B 38, 41, 45, 47, 62, 73, 75, 89, 174, 181, 193, 217, 248—263, 265, 266). Nihilo minus periculum erat, id quod iam antiqui animadvertisse videntur, ne homines propter nimiam externarum rerum contemptionem omnes denique res humanas ludibrio haberent neve hac tanta despicientia impedirentur, quominus communi vitae artibus excolendae et amplificandae enixe operam darent (cf. e. c. Dem. fr. A 2, 21, 40, B 5).

μὴ ἀπολύειν· ὃς δ' ἂν παρὰ νοῦν ἀπολύῃ κέρδει ὁρίζων ἢ ἡδονῇ, ἀδικεῖ, καί οἱ τοῦτο ἐγκάρδιον ἀνάγκη εἶναι (Dem. fr. B 262). Ne quis vero illud παρὰ νοῦν nimis miretur, consideret velim a Democrito non modo mentem pro primaria iustitiae custode ac patrona haberi (v. s.), sed etiam hominem, qui bono animo sit et mentem colat, homini, qui prodat mentem et sit animo malo, ita opponi: ...ὁ μὲν εὔθυμος εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔρρωται καὶ ἀνακηδής ἐστιν· ὃς δ' ἂν καὶ δίκης ἀλογῇ καὶ τὰ χρὴ ἐόντα μὴ ἔρδῃ, τούτῳ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀτερπείη, ὅταν τευ ἀναμνησθῇ, καὶ δέδοικε καὶ ἑωυτὸν κακίζει (fr. B 174; cf. B 286). Atque — ut brevi comprehendam — cum felicitas in animi bonitate vel virtute, virtus autem in verecundia, quae eius quasi stirps ac semen esse dicitur (cf. e. c. Dem. fr. B 179 ...ὅπερ μάλιστα τὴν ἀρετὴν συνέχει, τὸ αἰδεῖσθαι...), sita sit, virtutem et felicitatem duos pulcherrimos eosdemque artissime secum coniunctos verecundiae fructus esse satis patet. Etenim homines, dum solo cum animo faciunt eiusque vitiis indulgent, iniusto sui amore laborent necesse est, quem cum iusto nemini prius commutare licet, quam animae principatum penes mentem constare intellegat vitiaque sua perosus mentem, non animum se ipsum vere esse cognoscat. Quibus perspectis id quoque clarum esse debet ex delictorum paenitentia simul cum mentis verecundia etiam iustum sui amorem gigni. Itaque Democritus recte ac merito homines, ut se ipsos, id est mentes suas, maxime colere et revereri velint, sic admonet: ...μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖσθαι ἑωυτοῦ μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακόν, εἰ μέλλει μηδεὶς εἰδήσειν ἢ οἱ πάντες ἄνθρωποι· ἀλλ' ἑωυτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι, καὶ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ καθεστάναι, ὥστε μηδὲν ποιεῖν ἀνεπιτήδειον (fr. B 264; cf. B 84, 244). Tertius igitur gradus in eo consistit, ut is, quem scelerum paenituerit, non modo ab istis in posterum plane abstineat, sed mentis perfectione cognita amare illam ac revereri discat omniaque ab illa cum vetita fugere tum etiam iussa diligentissime exsequi cupiat, quod quidem si cuncti homines facerent, fieri non posse Democritus credidisse videtur, quin et ipsi felices essent et ea, quae mens praeciperet quaeque fieri oporteret, sine ullis impedimentis peragerentur (v. s.). Totaque de ratione felicitatis hoc unum maxime tenendum est animi in mentem obsequio illam effici et contineri. Cum autem ad beate vivendum neque eximiis ingenii facultatibus neque egregiis corporis viribus opus sit, cur Democritus — id quod primum in promptu esse dixi — mediocrium praecipue hominum felicitati consuluerit, facile perspicitur. Hos ille quia sua ipsorum culpa propter ineptas opiniones infelices esse existimabat, ita sanare et curare conatus est, ut doceret, qua ratione gradatim progredientes ab ista quasi voluntaria miseria ipsi se liberare possent. Cui curationi doctrinam, quae omnium hominum felicitati communiter provideret, necessario coniunctam et fundamenti cuiusdam loco subiectam fuisse nemo sane non intellegit.

'Αστ[ῆς[8] incipiat. Haec verba excipi debebant verbis ὡς ὁ] παῖς Πεισιστράτου. Mediam versus lacunam sex litteras capere posse contestatus est Hiller de Gaertringen, qui lapidem diligentissime examinaverat. Lacunam versus quarti viri docti verbis [εὖ φ]ωνοῦντας[9] aut [εὖ ν]ωμ[ῶντ]ας[10] explere conabantur. Quamvis haec supplementa non sunt ea, quae ab omnibus comprobentur, tamen indicare nobis videntur in hoc versu de viris lyrae tibiarumque peritissimis sermonem fuisse. Maximam autem difficultatem in versu quarto offert lectio ανηρ, quae tamquam ἀνήρ legebatur, donec P. Maas metri causa repellendam eam esse admonuit[11] et coniecturam ab I. M. Edmonds propositam ἀνῆρ(ε) = Hom. ἀνάειρ(ε) multo probabiliorem sibi videri declaravit[12], etsi sensui ab omni parte non satisfacientem. Nihilo minus Edmondsii coniectura et ab Hillero de Gaertringen et a Diehlio, novissimo *Anthologiae lyricae Graecae* editore, sine ulla dubitatione in textum recepta est. At si sensum clarum perspicuumque ex Archilochi versibus depromere cupimus, et illud ἀνήρ a Maasio iam expulsum reiciendum est itemque reprobanda est Edmondsii coniectura ἀνῆρ(ε), quae metro quidem satisfacit, sed mentem poetae nobis aperire non valet. Archilochi sententia e versibus eius plane proveniet, si in fine versus quarti distinctione facta legetur ἀν' ἦρ' ἄγων, quod pro ἀνάγων ἦρα dictum esse videtur[13]. Tmesin in Archilochi versibus saepius admissam esse satis elucet ex hisce exemplis e carminibus eius depromptis: fr. 3, 1: οὔ τοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται, fr. 7, 3 s.: τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης ἔκλυσεν, fr. 7, 5 ss.: ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν, ὦ φίλ', ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν φάρμακον, fr. 68, 1 s.: τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε, Λεπτίνεω πάϊ, γίγνεται θνητοῖσ', ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέραν ἄγηι, fr. 112, 1 s.: τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν. Verba ἀν' ἦρ' ἄγων ad Pisistrati filium referenda sunt, qui viros lyrae tibiarumque peritissimos secum ducens

---

respectum esse. Sed hunc locum recte nobis traditum esse non censeo. Fragmentum sic potius legendum est:

εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν 'Ενυαλίοιό ⟨τ'⟩ ἄνακτος
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

[8] 'Αστῆς scribi posse monuit Diehl. Quod enim nomen in Paria quadam inscriptione legitur.

[9] E. Diehl secundum Hom. θεᾶς ὅπα φωνησάσης.

[10] Fr. Leo: *o. c.* p. 5. οὐ φιλοῦντας proposuit Chr. Jensen, qui in fine versus ἀνήγαγεν scribendum esse putavit.

[11] *Griechische Metrik.* Einl. in die Altertumswissenschaft. Hrsg. von A. Gercke u. E. Norden. I, 7. Leipzig u. Berlin 1924, p. 34 et apud Hillerum de Gaertringen, NGG Bd. I, 1934—1936, p. 57 sq.

[12] Edmondsii librum *Elegy and Jambus* inscriptum hoc tempore praesto mihi non fuisse valde doleo.

[13] Verbis ἀν ἦρ' ἄγων Archilochus suo peculiari more ad Homericam dictionem ἐπὶ ἦρα φέρων alludit.

Eschilo aveva una maniera di far suonare l'*aulos* troppo sovente, dopo ogni verso o al di più dopo due versi. Interrogato da Dioniso, cosa volesse dire quel τοφλαττόθραττόφλαττοθρατ, Eschilo, per nulla confuso, risponde che voleva adoperare lo stile citaredico nella tragedia per non imitare troppo i canti di Frinico.

Adesso Eschilo si mette a parodiare Euripide, rimproverandogli di scegliersi per modelli i poeti meno convenienti. Eschilo si fa portare una lira, ma dopo un momento di esitazione si decide a servirsi di due cocci d'argilla invece di uno strumento. È questa una maliziosa allusione all'*Ipsipile*, una tragedia di Euripide, dove la protagonista gioca col suo bambino e canta scuotendo il bubbolino coi sonagli. Anche la monodia cantata ora da Eschilo non è presa da una sola tragedia ma è cucita di vari pezzi di diverse tragedie euripidee (v. 1309 ss.).

Eschilo vi irride una caratteristica delle monodie di Euripide: le note della musica non rispondono esattamente alle sillabe delle parole, ma per riempire le battute viene ripetuta parecchie volte la stessa sillaba:

εἰειειειειειλίσσετε δακτύλοις φάλαγγας...

(v. 1314)

nonchè:

εἰειειειλίσσουσα χεροῖν...

(v. 1348)

Questa era una pratica introdotta nei canti liturgici medievali, generalmente adottata nella musica vocale moderna. Però, nella musica greca, dove il canto era così strettamente legato alla parola, era una cosa proprio inaudita, inaccettabile. Senza questa parodia aristofanea forse non avremmo nemmeno saputo, che una cosa simile fosse affatto possibile; come pure dalla stessa commedia delle *Rane* abbiamo saputo che nelle tragedie di Eschilo lo strumento suonava così sovente un interludio autonomo.

La monodia cantata da Eschilo è molto lunga e rivela una struttura molto libera; vi troviamo ritmi tanto disparati che ci viene a mente di sospettare Aristofane di avere accumulato qui tutti i generi possibili delle misure ritmiche apposta, per dimostrare, che Euripide non si curasse affatto dell'armonica struttura dei suoi canti lirici. Vi troviamo giambi e coriiambi, cretici e dattili, versi composti di sole note brevi, oppure di soli spondei. Vi è difficile scorgere una qualunque idea nella concatenazione dei ritmi. È naturale conseguenza del fatto, che Aristofane vi mise in un brano solo una massa di frammenti presi dalle diverse tragedie di Euripide. Ma non possiamo nutrire dubbi in quanto all'intenzione del commediografo: l'oggetto della sua irrisione era certamente quella libertà della struttura, quelle continue modulazioni, quei ripetuti cambiamenti del tempo che creavano un'atmosfera nervosa e piena di ansia.

faciat? (*De nat. deor.* I 12, 29; cf. 43, 120). Quae tamen latius patent, quam ut nunc enarrentur. Itaque ceteris missis hoc unum moneo menti, quam Democritus, quid fieri debeat, constituentem et rerum humanarum tamquam gubernacula quaedam tenentem inducat, cum celeberrima illa Homeri Moera nonnihil commune esse (cf. Spraw. PAU l. c.; Meander l. c.).

Proximum est, ut reliqua nomina, quae sunt ἁρμονία et συμμετρία (v. s.), explicentur. Haec cum idem atque εὐθυμία valeant, ad animum pertinere et ita quidem debent, ut atomorum, e quibus ille constet, concordes et aequabiles motus significent: quod ante ex intellegentia et animi sensu, idem nunc ex ipsis atomorum motibus spectatur. Animus igitur, si aequabiliter sese movet, cum mente ab omnibus perturbationibus pura conspirat, si minus, non modo cum mente pugnat, sed etiam toti animae discordiae caliginem quandam offundit. Nam animae partes, quamquam separationem non recipiunt (v. s.), tamen discordia, ut ita dicam, domestica saepissime laborant. Haec si quaeritur quomodo tolli possit, ad animae unitatem respiciendum est. Cuius de unitatis et iunctionis genere ut perquam difficile dictu sit, illud tamen satis constat eam cum intellegentia, memoria, conscientia et sermone artissime coniungi. Democritus sermonem non in naturae neccesitate, sed in libero hominum usu situm esse censuit (τύχῃ... καὶ οὐ φύσει τὰ ὀνόματα) idemque complures cur ita censeret rationes attulit, e quibus cum alia multa, tum hoc praecipue colligimus eum rerum nomina pro rerum simulacris duxisse (cf. Dem. fr. B 26, 142 ...ἀγάλματα φωνήεντα... τῶν θεῶν scil. τὰ ὀνόματα). Et recte illud quidem. Nam verbis non modo colloquia serimus, sed etiam nobiscum ipsi ita cogitamus, ut eis adiuti varias sententias figuremus, definiamus, distinguamus, memoriae denique quasi quasdam manifestas imagines atque adeo conscias motuum vias mandemus. Et quemadmodum intellegentia ex animae atomorum motibus atque temperatione apta est (v. s.), sic illae etiam cogitationes et sententiae suos quaeque animae atomorum motus habent atque ita cum eis copulatae sunt, ut aliis sententiis et cogitationibus alii iique certi et definiti motus respondere debeant. Itaque aequis cogitationibus motus aequabiles, inaequabiles iniquis concitantur. Ad rem illustrandam affero illud Democriti: ...ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι· καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταρυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταρυσμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ (fr. B 33; cf. 139, 150, 183, 197). Quemadmodum porro aequa sive bona (nam a mente profecta; v. s.) doctrina animae concordiam atque tranquillitatem confirmat, sic iniquae sive malae (nam menti adversantes; v. s.) cogitationes et sententiae ad animae discordiam et excitandam et augendam pertinent valentque. Quare Democritus de malis facinoribus ne loqui quidem homini permisit, sicut haec philosophi verba testantur: ...φαύλων ἔργων καὶ τοὺς λόγους παραιτητέον (fr. B 190; cf. 184). Quod autem non de animo, quamquam illius causa agitur, sed — Democriti vestigia premens (cf. fr. B 33, v. s.) — de homine loquor, id mihi videor iure et ratione posse defendere.

La commedia si chiude con un altro *stasimon* del coro composto di due diverse strofi trocheiche, contenenti soli dimetri, dal carattere vivo ed allegro, perchè il coro vi esprime la sua contentezza per la vittoria di Eschilo. Plutone canta due strofi identiche, e poi dopo un breve sistema anapestico il coro termina la commedia con alcuni gravi esametri dattilici. È forse l'unico caso dove Aristofane ha usato questo ritmo epico senza alcuna intenzione parodistica.

Le *Rane* chiudono il secondo ed il più brillante periodo dell'attività artistica d'Aristofane. Considerando la parte musicale della sua opera, è doveroso constatare che il nostro poeta raggiunse l'apice delle sue possibilità artistiche, affascinando gli auditori con la ricchezza delle idee musicali, con la grazia e forza di espressione, ed anzi tutto con la sapiente scelta dei ritmi appropriati, delle modulazioni e dei tempi adatti, vuol dire di tutti questi elementi che formano insieme l'*ethos* di una data opera. Egli seppe approffittare di tutte le conquiste musicali raggiunte dai suoi predecessori, tanto dai creatori della lirica corale quanto dai grandi tragici: egli introdusse pure nelle sue commedie canzoni popolari nonchè inni religiosi e rituali. Grazie alle sue impagabili parodie siamo in grado di formarci un'idea abbastanza chiara di diversi generi della musica vocale ed un poco anche di quella strumentale. Irridendo i nuovi concetti musicali, soprattutto quelli del cosidetto nuovo ditirambo e di Euripide, paladino della musica di Timoteo — Aristofane seppe però servirsene nelle sue commedie. Non conoscendo le opere di altri commediografi, non possiamo discernere con precisione, fino a quanto il Nostro vi fosse originale e che cosa vi fosse proprietà degli altri. Una cosa però la possiamo asserire con piena certezza: Aristofane seppe fondere quegli elementi, così diversi e così eterogenei da farli suoi e creare delle opere brillanti tanto per il loro realismo quanto per il fascino della più alata poesia.

Le commedie del terzo periodo dell'attività artistica di Aristofane, delle quali conosciamo soltanto due, sono molto più povere di elemento musicale. Il coro nelle *Ecclesiazuse* ha una parte molto limitata, anche il numero dei coreuti è considerevolmente ridotto; però la commedia non manca di canzoni interessanti e molto graziose eseguite da solisti. L'ultima commedia di Aristofane pervenuta a noi, cioè il *Pluto*, contiene una scarsissima quantità di musica. Le strofe del parodo come pure altri piccoli brani lirici erano cantati, a quanto pare, dal solo corifeo[18]; l'azione del coro si limitava alla danza. Danzava pure l'attore che eseguiva la parte di Carione. I ritmi delle canzoni del *Pluto* sono semplici ma non mancano d'invenzione. Vi troviamo alternamente giambi e bacchi; la strofe è cantata da Carione, l'antistrofe dal corifeo; la terza strofe cantata di nuovo da Carione, non ha responsione. La voce onomatopeica *threttanelo* ha per scopo imitare i suoni della cetra. Aristofane irride il poeta ditirambico Filosseno il quale, rappresentando l'amore di Ciclope per

[18] Gevaert: *o. c.* II p. 562.

sit. Anaxagoras enim illum νοῦν, quem primus ab immobili et inerti materia plane segregavit, ita in corpore fungi docuit, ut eius functiones ex corporis, in quo inesset, natura et perfectione prorsus penderent, id ipsum quod quantopere in Democriti doctrina valeret vigeretque, iam satis ante est dictum (cf. e. c. Anaxag. fr. A 102, B 21 b; Democr. fr. B 5; cf. Xenoph. fr. B 15; v. s.). Sed, si verum quaerimus, omnia ista et adiumenta et auxilia leviora reperiuntur quam ut quicquam de magno Democriti merito detrahere queant. Hoc autem meritum in eo praecipue constat, quod Democritus suopte ingenio confisus non dubitavit, quin intellegentis animae atomorum motus ita cum cogitationibus copulandi essent, ut certi motus certas cogitationes et cogitationes certae motus certos inter se procreare non desinerent, qua quidem copulatione facta providit, ne philosophiae pars moralis a physica parte avelleretur (v. s.). Neque minus prudentem quam Democritus postea Epicurus se praestitit, cum voluntatem et liberum hominum arbitrium in atomorum clinamine reponere conatus est (cf. e. c. Epic. fr. 281 U.; Diog. Oen. fr. 33 col. II 3; Lucr. II 216 sq.). Quibus omnibus perpensis opinionem, quae nescio quo modo plurimis viris doctis placuit Democriti doctrinam moralem a physica cognitione prorsus alienam esse affirmantibus (cf. e. c. E. Zeller — W. Nestle: *Die Philosophie der Griechen* I 2, p. 1140 sq., 1151 sq., Leipzig 1920; W. Schmid: *o. c.* p. 251 sq., 280, 315 sq.), quin veram esse negem, nequaquam facere possum.

Est autem inter viros doctos etiam in eo dissensio atque controversia magna, utrum moralia Democriti praecepta doctrinae loco haberi debeant necne. Quam controversiam cum E. Zeller, W. Nestle, W. Schmid (cf. *o. c.*, *o. c.*) diligentissime pertractaverint, veniam me impetraturum spero, si nihil amplius de illa dissensione dicam, sed e vestigio quid ipse assecutus esse mihi videar breviter exponam. Democriti igitur praecepta moralia proxime doctrinae dignitatem accedere propterea puto, quod non solum uno eodemque consilio, sed etiam ratione et disciplina conscripta esse inveniuntur, his autem rebus duabus omnis doctrinae caput contineri haud facile quisquam negabit. Si porro de consilio quaeritur, Democritus id egit, ut homines infelices, qui ex animis a mente abalienatis vel aegris laborarent, felices redderet, si de ratione ac disciplina, medicos potissimum secutus est, ut et alia et hoc imprimis vetus testimonium docet: ...ἰατρικὴ μὲν γὰρ κατὰ Δημόκριτον σώματος νόσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν παθῶν ἀφαιρεῖται (Dem. fr. B 31; cf. B 35, 174, v. i.). Neque omnino dubitari potest, quin Democritus medicorum artem penitus cognitam habuerit, quippe qui et nonnullos libros ad eam pertinentes in medium protulisse et si non vere, at certe non sine causa Hippocratis amicus fuisse traderetur (cf. Dem. fr. A 33, C 1 sq.). Itaque Democritum ut eis libris, quos modo commemoravi, aegra hominum corpora, sic libris moralibus aegros hominum animos curare et sanare conatum esse existimo hoc scilicet discrimine intercedente, ut non iam medicamenta, sed salutares voces et cogitationes

Iam primum e verbis ...]φον(?) δὲ τὸ[ν χρυσὸν π]άντα τοὺς Θρ[ᾶικας λέ]γουσιν Πάριοι ἑα[υτοῖς] ἀποκατιστάνα[ι πάλιν cognoscitur Thraces omne quoddam aurum Pariis reddidisse. Qui accuratius haec verba perlegit, evitare fere non potest, quin haesitet quaerens, unde Thraces illud aurum sumpserint, quod reddendum esset Pariis. Num acceperant illud aurum iam pridem a Pariis, quae communis est virorum doctorum opinio? At certe animadvertendum est verba ἀποκατιστάναι πάλιν duplici modo intellegi posse. Ἀποκατιστάναι πάλιν non solum de ea re dicitur, quae pristino possessori restituitur, sed dici potest etiam de re, quae protinus cuicumque, non solum pristino possessori, traditur. Quo modo inscriptionis auctor verba ἀποκατιστάναι πάλιν intellegi voluerit, totus contextus indicare debet, si modo recte perpendetur. De ipsa auri restitutione Archilochum certiora quaedam dixisse ex eis verbis apparet, quae locum inscriptionis supra allatum continuo sequuntur: διασαφεῖ δὲ τ[αῦτα καὶ] αὐτὸς ὁ [ποιητὴς λέγων], quaeque poetae ipsius verba sequi docent. Sed duo priores Archilochi versus ab auctore inscriptionis allati adeo sunt mutilati, ut nulla omnino spes cognoscendi ea, quae poeta dixerit, nobis praeluceat. Duo autem versus qui sequuntur explicationem quandam afferre nobis possint, si ita restituantur, ut cum versibus insequentibus fragmentumque claudentibus sententiam apte decurrentem conforment. Sed priusquam periculum coniecturarum faciamus, praemittere iuvat, quo modo hosce Archilochi versus interpretatus sit Hiller de Gaertringen[4], cuius opinionem omnes fere viri docti adamaverunt, qui explicationem inscriptionis suo Marte promovere studebant[5]. Ex Archilochi versibus concludi posse asseverat Hiller de Gaertringen legationem Pariorum ad Thraces esse missam. Quam legationem plus quam verbis efficere debuisse auro, quod sane quidem etiam in Thracia sub Pangaei montis radicibus et in Thaso insula inveniretur. Legatos autem inutiles desiderioque Pariorum alienos fuisse, cum sui ipsorum lucri causa malum commune Thracibus sibique ipsis contraxissent et perversitate sua illa Θασίων κακά evocassent, quae Archilochus plus conquereretur quam Magnetum calamitatem ad Maeandrum flumen habitantium[6]. Cum enim avaritia sua Thraces fraudare conarentur, periculosam controversiam ortam esse, inter quam Thraces a legatis Pariis trucidarentur. Ipsos autem Parios in latronum Sapaeorum manus deinceps incidisse itemque trucidatos esse. Aurum autem, quod apud Thraces relictum esset, postea Pariis restitutum esse e Demeae verbis evenire.

Quae rerum explicatio ab Hillero de Gaertringen proposita non solum debilis, sed prorsus falsa ideoque reicienda esse mihi videtur. Dubitationem

---

[4] Cf. praecipue commentatio eius *Nochmals das Archilochosdenkmal von Paros.* NGG Bd. I, 1934—1936.

[5] Velut Fr. Leo: *De Horatio et Archilocho.* Gottingae 1900; H. Jurenka: *Archilochos von Paros.* G. Pr. 1900; A. Hauvette: *Archiloque.* Paris 1905.

[6] Cf. Archilochi fr. 19 D[3]: κλαίω τὰ Θασίων, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.

ἐόντα, ἀδικίη δὲ μὴ ἔρδειν τὰ χρὴ ἐόντα, ἀλλὰ παρατρέπεσθαι (Dem. fr. B 256; cf. 2, 41, 42, 174, 181, 261). Quae tamen fieri oportere dicuntur, ea tum demum fiunt, cum animus, corporis, ut vidimus, rex et dominus, eis faciendis operam dare statuit. Huic ille dominationi haud scio an propterea par esse visus sit Democrito, quod in corde residens mobili multo vehementioribus quam mens in firmo capite sita motibus uteretur. Accedebant fortasse ipsarum atomorum momenta et tenuitatis discrimina. Atque mens omni turbido motu semper vacans nullis nisi iustis rebus faciendis intenta est. Animus vero, cum opinionibus et affectibus perturbari soleat, nonnunquam menti eiusque rationi facinora plane inimica atque contraria proprio motu committit. Itaque homines mente vel simillimi sunt, sed animis, opinionibus, affectibus, voluptatibus maxime inter se differunt. Velut haec a Democrito legimus scripta: ...ἀνθρώποις πᾶσι τωὐτὸν ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλῳ ἄλλο (Dem. fr. B 69). Iam apparet summam rei in eo versari, ut quae mens moneat quaeque fieri oporteat, ea ad effectum sine ullis impedimentis aut difficultatibus decurrant. Hoc autem ipsum cum ex animo eiusque industria pendeat, non difficile intellectu est, cur Democritus „animi bonitatem“ laudibus cumulaverit et doctrinae suae morali signi alicuius loco praefixerit. Sed periculum est, ne cum animi vim atque virtutem praedicemus, eximiam mentis auctoritatem extenuare videamur. Quae licet ipsa non faciat, tamen omnia facinora bona ita providet, ut ea non per se, sed hac de causa bona sint, quod praecipiantur a mente, cui animus obsequi debeat. Etenim animus non solum recte agere, verum etiam errare et flagitia concipere potest. Itaque eius virtus iure laudatur. Mens neque deficit neque fallit umquam. Quae quoniam per se perfectae virtutis perfecto munere fungitur neque a se discedens ipsa errare potest, ne laudibus quidem aut ullis omnino blanditiis indiget. Et alia igitur et hoc imprimis tenendum est Democriti doctrinam moralem non in deorum vel dei cuiuspiam, sed in mentis humanae iudiciis consistere. Quam ille quanti fecerit, cum ex eis, quae modo dixi, tum inde perspicuum est, quod eam iterum et saepius divinam (scil. θεῖον νοῦν) appellare atque etiam cum „daemone“ aliquo in hominis anima habitante conferre non dubitavit (cf. e. c. Dem. fr. B 18, 21, 37, 112, 129, 170, 171; cf. Heracl. fr. B 119). Haec et similia ex Orphicorum et Pythagoreorum fontibus hausisse Democritus videtur, non quo vel animas humanas vel deos, sicut illi, immortales esse existimavisset, sed quia summam mentis auctoritatem verbis iam usu probatis quam maxime extollere et exprimere voluit. Quippe Cicero Democritum accusat, quod in rebus divinis parum sibi constiterit, accusatum sic condemnat: ...*Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in deorum numero refert, tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat, tum scientiam intellegentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur? Cum idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quicquam sempiternum, nonne deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem eius reliquam*

Deinceps paucis explicetur, quid Democritus de virtute senserit. Virtus, sicut vidimus, perinde atque felicitas in oboedientia, quam animus menti praestat, posita est. Mens, quae fieri oporteat, cognita habet eaque animo ita facienda praecipit, ut animus illi obnoxius nullas nisi rectas actiones perficiat (cf. e. c. Dem. fr. B 35, 55, 181, 220, 263, v. s.). Et quia mens peccare non potest, animus vero potest, virtus ad animum hominemve potius quam ad mentem spectat. Huc scilicet pertinet illud, quod Democritus viri menti eiusque rationi obtemperantis animum vincere sive mentis verecundia ac pietate assuefacere proprium esse asseveravit (cf. fr. B 236, v. s.). Virtus igitur etsi una est, tota enim in animi erga mentem obsequio versatur, tamen pro variis et multis ipsarum actionum generibus multas et varias appellationes, velut σοφίαν, φρόνησιν, ὀρθοσύνην, πολυφροσύνην, ξύνεσιν, σωφροσύνην, ἀνδρείαν, αὐτάρκειαν, δίκην, μεγαλοψυχίαν, ἀθαμβίαν, ἀθαυμαστίαν, ceteras, induit geritque (cf. e. c. Dem. fr. B 2, 31, 40, 46, 54, 59, 67, 77, 119, 160, 181, 183, 193, 208, 210, 211, 213, 214, 215, 216, 246, 256, 261, 263, 291, 294). Quare non magnopere miramur, si Cicero Democritum reprehendit, quod in virtutibus distinguendis earumque finibus describendis parum diligens fuerit. Fluxae scilicet et incertae sunt ei istae virtutes visae, quae omnes quasi uno ex fonte ita manarent, ut vix aliae ab aliis discernerentur. Sed praestat ipsum Ciceronem dicentem facere, qui haec scripsit: ...*Democriti autem securitas quae est animi tamquam tranquillitas, quam appellant* εὐθυμίαν, *eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ea est ipsa beata vita; quaerimus autem non quae sit, sed unde sit... Quam* (scil. *beatam vitam*) *si etiam in rerum cognitione ponebat* (scil. *Democritus*), *tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat, bono ut esset animo. Ideo enim ille summum bonum* εὐθυμίαν *et saepe* ἀθαμβίαν *appellat, id est animum terrore liberum. Sed haec etsi praeclare, nondum tamen perpolita; pauca enim neque ea ipsa enuncleate ab hoc de virtute quidem dicta* (*De fin.* V 8, 23; 29, 87 sq.). Nobis vero εὐθυμίας voce et animi bonitatem et felicitatem et virtutem designari arbitrantibus Democritea doctrina moralis non modo excelsa et magnifica, sed etiam dilucida videtur. Quamquam aliquid obscuritatis in eo inest, quod quaeritur, utrum virtus, quam perfectam esse deceat, nulla omnino incrementa recipiat, an pariter cum animi in mentem obsequio augeri et excoli possit. Democritus quidem ἀθαμβίαν summam esse virtutem ita declarat: ...δίκης κῦδος γνώμης θάρσος καὶ ἀθαμβίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορῆς τέρμα... σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων (fr. B 215, 216; cf. B 4, A 168, 169). Accedit illud Horatii (*Epist.* I 6, 1 sq.):

Nil admirari prope res est una, Numici,
solaque quae possit facere et servare beatum.
Hunc solem et stellas et decedentia certis
tempora momentis sunt qui formidine nulla

Athenae ipsius, quae animum deplorabundi populi, i. e. Pariorum impetibus hostium vexatorum, ipsa concitavisset.

Sic ad res Pariorum Thasum occupantium quaedam certiora attulisse nobis videmur.

II. AD ARCHILOCHI FRAGMENTA 58 ET 67a (DIEHL³)

Aggrediamur nunc ad alios Archilochi versus tetrametros explicandos, qui vitiosis lectionibus sunt aspersi. Cum de Archilocho quasi naturali Hesiodi aemulatore commentatiunculam scriberem[16], Wilamowitzium secutus fr. 58 sic constitutum proposui:

τοῖς θεοῖσι ῥεῖα πάντα· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνηι κειμένους ἐπὶ χθονί,
πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας,
ὑπτίους κ⟨λ⟩ίνουσ'· ἔπειτα πολλὰ γίγνεται κακά
καὶ βίου χρήμηι πλανᾶται καὶ νόου παρήορος.

Abiectis aliis virorum doctorum coniecturis, qui τοῖς θεοῖς τίθει ⟨τ⟩ὰ πάντα (Grotius), τοῖς θεοῖς τιθεῖν ἅπαντα (Jacobs), τοῖς θεοῖς τιθεὶς ἅπαντα (Klinger) vel similia pro traditis τοῖς θεοῖς τ' εἰθεῖ' ἅπαντα scripserant, Wilamowitzium in primis laudavi, quod rationem inter hosce Archilochi versus et Hesiodi *Operum et dierum* prooemium intercedentem rectissime cognovisset et in Archilochi versu 1 τοῖς θεοῖσι ῥεῖα πάντα legendum esse putasset. Quod Wilamowitz de Moellendorff brevissimis verbis indicaverat, ipse argumentis locupletioribus fulcire studui. Nunc novum argumentum afferre possum, quo memoratae virorum doctorum coniecturae everteruntur.

Cum diligentissime Archilochi fragmenta superstitia perlustravissem, iam apparuit ab Archilocho nusquam nisi in fine versus dativum in -οις vel -αις (-ης) exeuntem adhibitum esse[17]. Hac tamen regula articulus ὁ, ἡ, τό et pronomen relativum ὅς, ἥ, ὅ non comprehenduntur. In substantivis autem et in adiectivis, nisi in finem versus cadunt, casus dativi semper in -οισι vel -αισι (-ησι) exeunt. Ex quo apparet etiam in hoc fragmento τοῖς θεοῖς τίθει τὰ πάντα scribi non posse, sed probandam esse coniecturam, quae Archilocho dativum in -οισι exeuntem restituat. Utrum Wilamowitzii coniectura sit accipienda an quaerenda sit alia, ex eis, quae infra dicemus, clarum fiet.

Fragmentum 58 cum fragmento 67a artissime cohaerere demonstrare studebat V. Klinger[18], cuius commentatio de Archilochi fragmentis tetrame-

---

[16] Eos. Vol. XLVI, 1952—1953, p. 33 sqq.

[17] In fr. 7, 2 legitur quidem in medio versu μεμφόμενος θαλίης. Sed recte postulavit iam Fick, ut hoc loco θαλίῃ scriberetur.

[18] *Przyczynki do fragmentów tetrametrycznych Archilocha*. Poznań 1922. Poznańskie Towarzystwo Przyjaciół Nauk. Prace Komisji Filologicznej, t. II zesz. 2.

ea qua supra dixi ratione adhiberet. Licet autem ipsi libri morales restitui non possint, exstant tamen multae ex illis sententiae descriptae, quae propter idearum nexum, qui in eis inest, idoneae videntur, unde generalis quaedam universae doctrinae imago eliciatur et adumbretur. Ac primum illud in promptu est Democritum eorum maxime hominum felicitati consuluisse, qui neque summo neque infimo loco nati tamquam medium vitae cursum tenerent neque ullam aliam ob causam nisi quod animi vitiis indulgerent miseri essent. His ille ita, quod videam, subvenit, ut felicitatem hominis naturalem habitum esse ratus — similiter autem medici de bona valetudine sentiebant — eam neque deorum aut fortunae beneficio datam deberi neque amissam artificiis cum laboris tum periculosae aleae plenis, sed curatione certa et facili recuperari doceret. Quae curatio vel felicitatis via tribus gradibus distincta reperitur.

Primus gradus ad pervagatissimum, ut par est, hominum malum, aegritudinem dico ex invidia natam, attinet. Quam aegritudinem quantopere Democritus depellere studuerit, ex hac illius cohortatione apparet, quae quamvis longa sit, tamen idcirco afferri debet tota, quod ad doctrinam illustrandam est unice apta: ...ἀνθρώποισι γὰρ εὐθυμίη γίνεται μετριότητι τέρψιος καὶ βίου συμμετρίῃ· τὰ δ' ἐλλείποντα καὶ ὑπερβάλλοντα μεταπίπτειν τε φιλεῖ καὶ μεγάλας κινήσιας ἐμποιεῖν τῇ ψυχῇ. αἱ δ' ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι τῶν ψυχέων οὔτε εὐσταθέες εἰσὶν οὔτε εὔθυμοι. ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς οὖν δεῖ ἔχειν τὴν γνώμην καὶ τοῖς παρεοῦσιν ἀρκέεσθαι τῶν μὲν ζηλουμένων καὶ θαυμαζομένων ὀλίγην μνήμην ἔχοντα καὶ τῇ διανοίᾳ μὴ προσεδρεύοντα, τῶν δὲ ταλαιπωρεόντων τοὺς βίους θεωρέειν, ἐννοούμενον ἃ πάσχουσι κάρτα, ὅκως ἂν τὰ παρεόντα σοι καὶ ὑπάρχοντα μεγάλα καὶ ζηλωτὰ φαίνηται, καὶ μηκέτι πλειόνων ἐπιθυμέοντι συμβαίνῃ κακοπαθεῖν τῇ ψυχῇ. ὁ γὰρ θαυμάζων τοὺς ἔχοντας καὶ μακαριζομένους ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων καὶ τῇ μνήμῃ πᾶσαν ὥραν προσεδρεύων ἀεὶ ἐπικαινουργεῖν ἀναγκάζεται καὶ ἐπιβάλλεσθαι δι' ἐπιθυμίην τοῦ τι πρήσσειν ἀνήκεστον ὧν νόμοι κωλύουσιν. διόπερ τὰ μὲν μὴ δίζεσθαι χρεών, ἐπὶ δὲ τοῖς εὐθυμέεσθαι χρεών, παραβάλλοντα τὸν ἑαυτοῦ βίον πρὸς τὸν τῶν φαυλότερον πρησσόντων καὶ μακαρίζειν ἑωυτὸν ἐνθυμεύμενον ἃ πάσχουσιν, ὁκόσῳ αὐτέων βέλτιον πρήσσει τε καὶ διάγει. ταύτης γὰρ ἐχόμενος τῆς γνώμης εὐθυμότερόν τε διάξεις καὶ οὐκ ὀλίγας κῆρας ἐν τῷ βίῳ διώσεαι, φθόνον καὶ ζῆλον καὶ δυσμενίην (Dem. fr. B 191; cf. B 3, 88, 224, 231, 285, 286). Sed ita non invidere nondum ipsius est invidiae vitio liberari. Quin etiam periculum nascitur, ne quis alienis calamitatibus gaudeat. Quare Democritus iure monuit hominem, qui hac tam inhumana laetitia se efferret, quominus umquam frueretur laetitia vera, iter sibi praecludere ipsum eique, qui recta via ad felicitatem contenderet atque aerumnosae invidiae iugum ingenue excutere cogitaret, homines tenuiores non modo sincere commiserandos, sed etiam pro virili (et civili!) parte beneficiis afficiendos esse (cf. e. c. Dem. fr. B 107 a, 255, 293; cf. Lucr. II 1 sq.). Itaque primus gradus non minus bene factis quam bene cogitatis munitur.

Alter vero gradus ad illud Delphicum γνῶθι σεαυτόν maxime spectat. Etenim Democritus homines, quos invidiae molestiis levavit, hortari pergit, ut suas ipsi facultates difficultates, virtutes pravitates verissime examinare velint caveantque, ne maiora quam quae ferre queant onera suscipiant, quippe quibus susceptis quin miserrimam vitam degant fieri non possit (cf. e. c. Dem. fr. B 3, 60, 80, 191, 196, 220, 221, 254; cf. Heracl. fr. B 116). Huius tantae dementiae causam Democritus in caeco hominum sui ipsorum amore ponit cum avaritia coniuncto, quae nihil aliud sit nisi praepostera divitiarum, opum, honorum rerumque externarum admiratio et reverentia quaedam cupiditatis plena. Avaritiam cum invidiae tum omnium fere vitiorum uberrimum fontem ex sententia Democriti esse vel inde perspicuum est, quod ad eam etiam loquacitatis arrogantia refertur: πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἐθέλειν ἀκούειν (Dem. fr. B 86, cf. B 52; cf. B 149, 285). Nempe avaritia cum vano sui amore copulata honestas species prae se ferre solet, quo facilius propriam turpitudinem occultare et non alios solum, sed etiam eos ipsos, quos opprimat fallere et fraudare possit. Hanc autem fraudem Democritus maximam calamitatem esse arbitratus nihil praetermisit, quin avaritiae dolos insidiasque quavis occasione data patefaceret et cum omni omnino mendaciorum genere acerrime pugnaret. Atque ut unum quidem, sed luculentum exemplum promam, haec lege, quaeso, attente: ...ἡ τέκνοις ἄγαν χρημάτων συναγωγὴ πρόφασίς ἐστι φιλαργυρίης τρόπον ἴδιον ἐλέγχουσα (Dem. fr. B 122; cf. B 44, 50, 53a, 63, 78, 113, 114, 115, 192, 224, 225). Iam apparet altero gradu id agi, ut homines veritatem amplexi ad avaritiam et omnia ab illa vitia profecta eam, quam fas sit, offensionem habeant et turpitudine istorum penitus cognita nihil sibi cum his tam foedis flagitiis commune esse ex animo cupiant. At avaritia non vitiorum modo, sed scelerum etiam gravissima causa est. Quare Democritus, cuius de facinoribus curam saepius laudavi, in illis rei cardine posito homines, qui felices esse averent, delictorum, quae commisissent, paenitere voluit, ut vel illud μεταμέλεια ἐπ' αἰσχροῖσιν ἔργμασι βίου σωτηρίη (Dem. fr. B 43; cf. B 66) liquido ostendit docetque.

Tertius denique gradus in animi erga mentem verecundia, quam Democritus αἰδῶ appellat (cf. e. c. fr. B 179), constituenda atque corroboranda continetur. Quodsi beneficia in miserioribus hominibus collocata, veritatis studium, avaritiae odium animum etiam atque etiam exonerare et in gratiam cum mente reducere non desistunt, ex male factorum paenitentia demum illa verecundia vel pietas nascitur, qua animus erga mentem affectus quin ei conscia cum voluntate obsequatur facere non possit. Hoc ipso autem obsequio quia tota felicitas constat, tum denique eam vere oriri consentaneum est. Nam quamdiu animus menti adversatur et homo verbi causa iniuste quid agit, etiamsi cetera omnia prospere eveniant, tamen tacita quadam contractione ille se angi sentit, quandoquidem mens non impune proditur. Exempli gratia haec affero: ...καὶ οἱ φυγῆς ἄξια ἔρδουσιν ἢ δεσμῶν, ἢ θῳῆς ἄξιοι, καταψηφιστέον καὶ

Après la bataille de Platées, en 479, a lieu l'expédition de Chypre et le siège de Byzance, en 478/77 (été — hiver). Sa révocation et le premier procès à Sparte auraient eu lieu dans les premiers mois de 477, ce qui permettrait de dater son retour à Byzance au printemps ou à l'été de 477. Il est extrêmement difficile de décider si ce nouveau séjour à Byzance a été long ou court. Pour préciser la date de l'expulsion de Pausanias de Byzance par les Athéniens, nous ne disposons que d'informations indirectes. La plupart des chercheurs considèrent comme la plus importante la phrase de Justin, contenue dans un chapitre fortement corrompu et par cela même présentant peu d'intérêt[12]. Mais le nombre „sept" (*per septem annos possessa*) hantait les esprits qui cherchaient en vain un point d'appui pour le schéma chronologique. Ajoutons que cet événement daté fixerait toute la chronologie de la décade 480—470[13]. On basait l'exactitude de la date de Justin sur une tradition locale byzantine[14], transmise durant des centaines d'années et notée plus tard par Trogue-Pompée où la puisa Justin. De cette façon on se décida à dater le siège de Byzance par les Athéniens de 472/1, comptant sept années depuis 478[15]. Le séjour de Pausanias à Kolonai, son deuxième rappel à Sparte, son emprisonnement, ses machinations avec la Perse et les ilotes occuperaient sans doute une ou deux années, ce qui permettrait de fixer la mort de Pausanias à 470 ou un peu plus tard. Même abstraction faite des considérations précédentes, une telle chronologie semblait être certaine par rapport à la date de l'ostracisme de Thémistocle qui fut prononcé, comme on l'admet généralement, environ en 470.

Cependant cette chronologie dépend de la valeur que l'on attribue à la relation de Justin. On la prenait pour base, faute de mieux, mais la phrase de Justin[16] éveillait de temps en temps des doutes et l'on essayait d'élaborer une nouvelle chronologie basée sur d'autres éléments. Ainsi Beloch[17] da-

---

[12] IX 1, 3.

[13] C'était В. П. Невская: *Византий в классическую и эллинистическую эпоху*, Moscou 1953, p. 69, qui avait énoncé l'hypotèse selon laquelle les démocrates athéniens ont permis à Pausanias d'occuper Byzance jusqu'à 470 parce que Thémistocle a voulu affaiblir de telle manière Sparte, en l'obligeant de diviser ses forces. Mais cette hypothèse, toute séduisante qu'elle est, perd sa raison d'être en vue d'arguments chronologiques, Pausanias étant contraint de quitter Byzance déjà en 476.

[14] P. ex. Beloch: *o. c.* p. 188.

[15] Meyer—Stier: *l. c.*; Bengtson: *o. c.* p. 175. Contre F. Heichelheim (Zeitschrift f. Numismatik 1930, p. 16 ss.) qui à l'aide des arguments numismatiques se décidait pour l'an 472, voir les objections de W. Gomme: *A Historical Commentary on Thucydides* I (1950), p. 400.

[16] P. ex. U. Wilamowitz-Moellendorff: *Aristoteles u. Athen.* Berlin 1893, I, p. 146, qui en niant la justesse du chiffre de Justin s'était contenté d'accepter le séjour de deux ans de Pausanias à Byzance.

[17] *O. c.* p. 188; G. Busolt: *Griech. Gesch.* III 1 (1897), p. 95 ss. se prononce en faveur de l'an 476 comme date de la prise de Byzance, qu'il place avant le siège d'Eion par Cimon.

ποις ἁρμόδιον ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος λόγον ποιεῖσθαι· ψυχῆς μὲν γὰρ τελεότης σκήνεος μοχθηρίην ὀρθοῖ, σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησιν (Dem. fr. B 187; cf. 37, 57, 223, 270, 288; cf. Emped. fr. B 126).

Atque ut corporis proprium est robur (ἰσχύς), quod omnibus eius actionibus implicatur, sic anima propriam aliquam vim atque facultatem habet, quae haud scio an potissimum intellegentia vocetur. Haec etsi una eademque est ipsa, tamen in variis animae partibus similiter atque robur in variis corporis membris varia officia et munera obire et exsequi debet. Velut ea animae pars, quae in capite vel potius in cerebro inest (scil. mens.; v. i.), sapit, ratione maxime valet, quid faciendum aut non faciendum sit, certo scit semper, ea, quae in corde vigilat (scil. animus; v. i.), opinionibus illa quidem et affectibus laborat, sed quia corpus impulsu suo una praecipue concitat regitque, efficaci factorum voluntate praeter ceteras excellit, ea, quae infra praecordia latet, desideriis et cupiditatibus affluit, eae denique animae partes, quae in oculis ceterisque sensibus exstant, pro sua quaeque potestate res externas percipere pergunt (cf. e. c. Dem. fr. A 107, 135, B 1, 2, 235; cf. C 6). Complures igitur animae partes Democritus distinxit. Quo magis quaerendum est, quae illi causa fuerit, cur animam dividuam esse negaret, sic enim Philoponus refert, cum haec scribit: ...ἀμερῆ γάρ φησιν αὐτὴν (scil. animam) Δημόκριτος εἶναι καὶ οὐ πολυδύναμον, ταὐτὸν εἶναι λέγων τὸ νοεῖν τῷ αἰσθάνεσθαι καὶ ἀπὸ μιᾶς ταῦτα προέρχεσθαι δυνάμεως (Dem. fr. A 105; cf. 101, 106, 107). Philoponus non modo animae unitatem a Democrito defensam, sed etiam qua illa ratione ab eo defensa sit tradere videtur. Hanc autem rationem ne de manibus emittamus, id imprimis consideremus oportet animam non atomis meris, sed certa et definita earum compositione effici, cui vis illa, quam paulo ante intellegentiam appellavi, Philoponus autem communem sentiendi et cogitandi fontem atque originem esse dixit, ita comitetur adeoque animam designet, ut altera sine altera neque proprie nominari neque omnino esse possit. Quae vis unica et singularis non in partibus, sed in ipsa quoque unica et singulari anima constat, anima inquam tota eique soli apta et tributa et necessaria est. Itaque anima in partes divisa intellegentiam protinus evanescere oportet. At vereor, ne anima in partes dividi non recte dicatur, quippe quae divisa non iam tota sit, ergo ne anima quidem artissime cum illa intellegendi indole coniuncta. Licebit igitur animam delere, dividere non licebit. Neque me fugit multa esse, quae addi et possint et debeant, sed in praesentia eis, quae attuli, propterea acquiescere placet, quod ad Democriti sententiam explicandam satis idonea videntur. Scilicet Democritus sic sibi persuasit animae partes cogitatione seiungi et separari illas quidem posse, sed re non posse, quandoquidem intellegentiae unitas, de qua supra dixi, animae unitatem utique requireret.

Quo loco paululum consistere et — priusquam longius progrediamur — rerum summam breviter contueri expedit. Duo sunt igitur rerum genera, quo-

quandam movere videtur iam ea res, quod Thracibus a legatis Pariis aurum oblatum esse dicitur, siquidem Thraces ipsi auraria metalla in suis finibus habebant. Deinde vix explicari potest, quo modo factum sit, ut pars legatorum Pariorum, cum Thraces trucidavissent, a Pariis conciderentur, de qua re inscriptionis auctor dicit ὅτι τοὺς Θρᾶικας ἀποκτείναντες αὐτοὶ οἳ μὲν αὐτῶν ὑπὸ Παρίων ἀπώλοντο nullo indicio adiecto, ex quo concludi possit Parios legatos interfectos esse. Qui fuerint οἱ τοὺς Θρᾶικας ἀποκτείναντες, e verbis pedestri sermone scriptis omnino cognosci non potest. In eis, quae in lapide scripta sunt, nulla praeterea mentio legationis invenitur, quam Hiller de Gaertringen ad Thraces missam esse asseverat. Memorantur solum homines, qui, postquam Thraces trucidaverunt, ipsi partim a Pariis partim a latronibus Sapaeis trucidati sunt, in quorum manus inciderant: ὅτι τοὺς Θρᾶικας ἀποκτείναντες αὐτοὶ οἳ μὲν αὐτῶν ὑπὸ Παρίων ἀπώλοντο, οἱ † ληιστὰς Σάπας ὑπὸ τῶν Θραι[κ]ῶν. Qui quidem locus, etsi gravissime corruptus est, tamen tantas non offert difficultates, ut iam de sanatione eius desperare liceret. Etenim pro certo habetur post illud alterum οἱ particulam δέ excidisse, quae antecedenti particulae μέν responderet. Sensus certe esset optimus, si expleta lacuna, quam post illud alterum οἱ hiare putamus, legeretur: ὅτι τοὺς Θρᾶικας ἀποκτείναντες αὐτοὶ οἳ μὲν αὐτῶν ὑπὸ Παρίων ἀπώλοντο, οἱ ⟨δ' ἐμπεσόντες εἰς⟩ ληιστὰς Σάπας ὑπὸ τῶν Θραι[κ]ῶν. Ii igitur, qui Thraces trucidaverunt (οἱ τοὺς Θρᾶικας ἀποκτείναντες), ipsi (αὐτοί) perierunt, alii quidem (οἳ μὲν) a Pariis, alii (οἱ δέ) a Thracibus necati, postquam in latrones Sapaeos, Thraciam scilicet gentem, inciderunt. Ita nullo pacto cum Hillero de Gaertringen consentire possumus, qui τοὺς μέν Thraces, τοὺς δέ Parios esse autumat, genetivum autem αὐτῶν ad utrosque pertinere opinatur. Sed cum rem ita instituamus, oritur statim quaestio, quinam fuerint illi homines, qui Thracibus occisis partim a Pariis partim a latronibus Sapaeis necati sunt. Pariorum enim legatos, quos nulla re certa fretus Hiller de Gaertringen aliique viri docti, qui eum secuti sunt, provocaverunt, ad Thraces missos esse ex servatis inscriptionis partibus, ut supra iam dictum est, erui omnino non posse quislibet perfacile cognoscet. Verisimillimum autem videtur alios quosdam homines bello, quod de Thaso insula a Pariis adversus Thraces gereretur, sese immiscuisse et eos occisis Thracibus deinceps trucidatos esse. Quam quaestionem explanare nobis debent Archilochi versus ab auctore inscriptionis testimonii vice allati. Quare operae pretium esse videtur hosce Archilochi versus accuratius considerare et, quoad fieri possit, ad pristinum statum redigere.

Duo quidem versus desperatissimi sunt. Sed versus tertius ita suppleri potest, ut verbis πολλ[ὰ δὴ τότ'] εἶπε⟨ν⟩[7] ἀστ[οῖς aut πολλ[ὰ δὴ τότ'] εἶπε⟨ν⟩

---

[7] Scripsi εἶπε⟨ν⟩. Archilochus enim nusquam illud *F* respexisse videtur, quod hiatum expelleret. Quod cognosci potest vel e fr. 77, ubi omnes codices praebent lectionem Διωνύσοι' ἄνακτος. In fr. 1 legitur quidem Ἐνυαλίοιο ἄνακτος, ut cogitari possis illud *F* a poeta

rum unum principia, id est atomos et inane, alterum res ex principiis compositas continet. Principia nec mutari nec deleri possunt eademque omni sensu prorsus carent. Et inane quidem plane quietum manet, atomi autem sive ipsae se movent sive externis plagis impelluntur nihil aliud faciunt nisi ab aeterno tempore in aeternum certis naturae legibus insciae obtemperant et caeco impetu ferri festinant. At contra res compositae, quas tamquam in margine quodam principiorum nasci, existere, occidere conspicimus, etsi propter fragilitatem suam multo illis inferiores sunt, habent tamen aliquid proprium et peculiare idemque summa admiratione dignum, nam in earum numero animae sunt intellegentia praeditae, quacum in principiis nihil invenitur quod comparari queat. Intellegentia consilia, proposita, conscia denique facta affert. Ita novos motus eosque conscios oriri consentaneum est, qui quantopere a caecis atomorum motibus differant, nemo sane non videt. Corpora viva vel animata, quales verbi causa homines sunt, aeternas naturae leges non solum intellegere, sed etiam ita in rem suam convertere sciunt, ut et faciant, quae velint, et quae expetant, ea saepissime feliciter assequantur. Quamquam homines, de hominibus enim nunc praecipue loquor, propter intellegentiam illam non modo felices, verum etiam infelices esse, non modo providere, invenire, gaudere, virtute excellere, verum etiam cupere, dolere, angi, multis variisque sceleribus implicari convenit. Quod autem maximum idemque gravissimum est, nihil haec omnia ad primariam et veram rerum naturam pertinent, quandoquidem homines, sicut supra dixi, in margine quodam principiorum ita versantur, ut omnes vitae humanae vicissitudines vanis somniis finitimae et simillimae sint. Quas natura ne curet, hominum certe maxime interest, vitam beatam, an miseram degant. Neque dubium videtur, quin Democritus eo consilio morales libros suos conscripserit, ut homines doceret, quomodo ab ancipitis sortis periculis cavere et felices esse possent. Videamus igitur, quid ille de hominum felicitate eiusque adipiscendae et condicionibus et praesidiis senserit.

Apud Diogenem Laertium haec scripta occurrunt: ...τέλος εἶναι τὴν εὐθυμίαν (scil. Democritus dicit), οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστὼ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι (IX 45; Dem. fr. A 1). Operae pretium est etiam ea proferre, quae Stobaeus ita litteris mandavit: ...τὴν δ' ⟨εὐδαιμονίαν καὶ⟩ εὐθυμίαν καὶ εὐεστὼ καὶ ἁρμονίαν, συμμετρίαν τε καὶ ἀταραξίαν καλεῖ (scil. Democritus). συνίστασθαι δ' αὐτὴν ἐκ τοῦ διορισμοῦ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ἡδονῶν, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ κάλλιστόν τε καὶ συμφορώτατον ἀνθρώποις (II 7, 3 i W., Dem. fr. A 167). Scilicet Democritus unam rem pluribus nominibus propterea appellavit, quod eam quam maxime designare et declarare voluit. Quarum appellationum cum εὐθυμία et primum locum teneat et pondere sine dubio valeat plurimum, ab illa investigandi, quid Democritus de summo bono iudicaverit, initium capere par est.

QUAESTIONES DEMOCRITEAE

Scripsit

ADAM KROKIEWICZ

Democritus primus, quod litteris exstet, complures libros morales soluta oratione conscripsisse fertur (cf. e. c. Diog. Laert. IX 45 sq.; Dem. fr. A 33, B 0 a sq.), quibus perinde atque ceteris summi philosophi operibus nos temporis iniquitate fraudatos esse non sine causa queri solemus. At manserunt non solum testimonia multa, sed etiam variae ex ipsis libris particulae decerptae, unde haec fere Democriteae doctrinae moralis vestigia colligi et generatim explicari possunt.

Ac primum quidem illud monendum videtur Democritum ad eam esse sententiam adductum, ut cum quemque hominem vivum ex anima et corpore constare, tum animam atomis multo subtilioribus quam corpus eisdemque levibus et rotundis effici censeret. Quibus atomis cum ignis atomi simillimae fuerint, non ita mirum est, si Democritus, ut plerique scriptores veteres testantur, de ignea animae natura dicere consuevit (cf. e. c. Dem. fr. A 74, 101, 102, 106; cf. Leuc. fr. A 28). Idem tamen vix, credo, aut ullas umquam atomos igneas esse contendit, quod quidem vereor ne multis viris doctis frustra sit visum (cf. e. c. W. Schmid—O. Stählin: *Geschichte der griechischen Literatur.* V 2, München 1948, p. 227 sq.: ...*Seelenatome, die feurig und rund und besonders beweglich gedacht werden*, 263, 271, al.), aut omnino animam cum igne, qui vere appellatur, propter solam atomorum similitudinem temere confudit, hoc enim si fecisset, non est dubium, quin plane obliturus fuerit animam et ignem duas res compositas esse, quae inter se vel plurimum differrent quarumque differentiae non ex atomis ipsis, sed ex earum ordine atque compositione spectari pendique deberent (cf. e. c. Dem. fr. A 37, 38, 49; Leuc. fr. A 6, 9, 32).

Iam si quaerimus, quomodo leves et rotundae atomi ita componi possint, ut quasi viribus collatis unam omnes animae magnitudinem et naturam constituant, corpus, in quo inclusae versentur, hoc tam necessario eis et vinculi et praesidii munere fungi merito existimatur. Namque corpus non solum ex maioribus quam anima, sed etiam commodius figuratis et omnino idoneis, quae inter se coniungant et cohaerescant, atomis constat. Corpus igitur satis se ipsum continet. Anima non item. Immo vero, ut aqua in vase aut sanguis in venis, sic anima in corpore eiusque tamquam cuniculis interioribus et asservatur et informatur (cf. Dem. fr. B 1). Eadem cum nusquam nisi in corpore a se animato vigeat vivatque, una cum corpore intereat et formae magnitudine amissa in singulas atomos dissipetur necesse est. Quibus ex omnibus perspicuum est, cur Democritus corpus non solum σῶμα, sed etiam σκῆνος (scil. animae) appellare solitus sit. Ad rem illustrandam haec licet afferri: ...ἀνθρώ-

tum novis veteres referebant deorum historias ac fabulas aut quas historici descripserant atque, ut ita dicam, consumpserant res gestas, easdem versibus retractare et artis rhetoricae ornamentis instruere satis esse arbitrabantur. Ceterum inde ab II imperii Romani saeculo poetae, et Graeci et Latini, minuta potissimum elaborabant carminum genera: epigrammata et carmina ad rerum et temporum occasiones composita et didactica, quae dicuntur, poemata[24].

Itaque gentiles, cum humanitatem suam ac litterarum studia Christianis clariora ostentabant, non recentis aetatis scriptores et opera eis monstrabant, sed veterum auctorum carmina celeberrima: Homeri, Alcaei, Pindari, Euripidis, Menandri, aut Vergilii, Horatii, Catulli, Lucretii[25], nec suas adeo de arte ac virtutibus eorum carminum certas habebant sententias, sed quas apud grammaticos didicerant ab antiquis rei peritis probatas.

Ceterum grammatici, cum carmina legebant, fabulas quidem enarrabant, verba ac versuum metra explicabant, de carminum componendorum arte disputabant, neque tamen vera de arte poetica poematumque virtutibus intellegere, nedum materiam versibus tractare docebant grandem ac sublimem, sed versus exquisitae plenos artis elaborare minutaque contexere carmina nugasque: centones et acrosticha, quae dicuntur, et telesticha, tum isopsepha, versus rhopalicos, carmina figurata, alia eiusmodi technopaegnia[26], magna auctorum classicorum poemata in brevissimas colligere summas et in versus cogere paucissimos, materiam orationi solutae aptam versibus explicare strophisque[27].

---

[24] Sed ut qui poemata didactica aut carmina epica componebant materiam prosa oratione, historicorum et virorum doctorum operibus tractatam tractandamque versibus repetere solebant, ita rhetoribus gratum fuit orationes scriptaque sua poeticis imbuere coloribus. Recte igitur Th. Sinko rhetores ac sophistas, qui dicuntur, poetarum aemulos fuisse animadvertit (*o. c.* p. 507 sq.) eosdemque maxime poesim imminuisse statuit (*o. c.* p. 556 sqq.).

[25] Qui — ut apparet — auctores classici fuerunt. Ostentasse vero gentiles hos auctores Christianis vel ex iis cognoscimus, quae de Apollinari Laodiceno, Homeri illo et Pindari et Euripidis et Menandri aemulo, ecclesiastici tradiderunt rerum scriptores (e. g. Sozom., *H. E.* V 18), tum ex verbis Gregorii Nazianzeni, qui ethnicos scripsit Pindari epiniciis gloriari (*Carm.* X 697 sq.) et ex Hieronymi epistulis, ubi David Christianorum appellatus est Pindarus, Simonides, Alcaeus, Horatius, Catullus (*Epist.* 30), psalmi Horatii carminibus, evangelia Vergilio, apostoli scripta Ciceroni praeponuntur (*Epist.* 22).

[26] Quibus annumeranda sunt etiam carmina, in quibus certas quasdam litteras singulis libris omnino non adhibuisse pulcherrimum sibi auctores laboris praemium duxerunt; qualis fuit *Ilias* illa *leipogrammatos* (cf. W. Christ — W. Schmid — O. Stählin: *Gesch. d. griech. Lit.* VII 2,2, p. 672) et Fulgentii poema de aetatibus mundi et hominis. Sed Ausonii carmina et quae in anthologiis collecta legimus optima nobis praestant poesis, quae tum colebatur, exempla.

[27] Quod fecisse constat et Marcellum illum Sidetam et Serenum Sammonicum (at cf. Q. Serenus: *Liber medic.* Par R. Pépin. Paris 1950, p. VI sqq.), qui libros medicinales hexametris dactylicis conscripserunt, et Flavium quendam, cuius de medicinalibus versu compositos exstitisse libros Hieronymus est testis (*Vir. ill.* 80). Adde quod Alfius Avitus Romanorum res gestas dimetris descripsit iambicis. Et Gordiani poema, quod *Antoninias* inscriptum erat, hi-

haec quoque cognoscuntur duo, quae totius argumenti vim atque causam continent. Ac primum quidem, si diligenter omnia consideramus, nihil aliud reperimus nisi ἁρμονίαν, συμμετρίαν idem quod εὐθυμίαν, εὐεστώ, ἀταραξίαν significare ea scilicet distinctione adhibita, ut haec nomina ad animi menti obsequentis habitum potius pertineant, ad motuum aequabilitatem illa. Deinde cur Democriti libri morales dictis et sententiis admodum referti fuerint, facile perspicimus. Etenim vir ingeniosissimus id maxime egit, ut legentium animos aptis vocibus atque cogitationibus et imbueret et informaret, quae cum in memoria commode retinerentur, tum firme retentae eos et ab instantibus perturbationibus liberarent et a futuris munirent (cf. e. c. fr. B 35, 184, 187, 225, 256, 264). Democritum secutus est Epicurus, qui non solum *Sententias ratas* et omnino epitomas conscribendas curavit, sed etiam discipulos, ut eas memoriae infigerent, his ipsis verbis monuit: ...ταῦτα οὖν καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ μελέτα πρὸς σεαυτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς πρός τε τὸν ὅμοιον σεαυτῷ, καὶ οὐδέποτε οὔθ' ὕπαρ οὔτ' ὄναρ διαταραχθήσῃ, ζήσεις δὲ ὡς θεὸς ἐν ἀνθρώποις. οὐθὲν γὰρ ἔοικε θνητῷ ζώῳ ζῶν ἄνθρωπος ἐν ἀθανάτοις ἀγαθοῖς (Epic. *Epist.* III 135; cf. *Epist.* I 35 sq.; II 84 sq.; cf. fr. 221 U.).

Haec sunt Democriteae doctrinae moralis fundamenta, ut ita dicam, physica. Etenim Democritus, cum animum rationis expertem menti ratione praeditae opponeret, antiquam Homeri, quam Heraclitus quoque agnovit, sententiam videtur amplexus esse (v. s.). Similia docebant etiam Pythagorei, si Ciceroni fidem habemus ita dicenti: ...*Quoniam, quae Graeci* πάθη *vocant, nobis perturbationes appellari magis placet quam morbos, in his explicandis veterem illam equidem Pythagorae primum, dein Platonis discriptionem sequar, qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. In participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam, in illa altera motus turbidos cum irae tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi* (*Tusc.* IV 5, 10; cf. II 21, 47; cf. Alcm. fr. A 5, 8; Hippon. A 3). At animam, quam Democritus ex atomis constare et caducam esse voluerit, ab immortali illa Pythagoreorum anima toto genere differre nemo sane non intellegit. Neque aliud quicquam fuit, cur Democritus interdum de anima similiter atque Pythagorei loqueretur, nisi quod ei pro summa qua tum florebant in rebus ad beate et recte vivendum pertinentibus auctoritate etiam cotidianum sermonem vocibus suis imbuerunt. Pythagoricae consuetudinis colorem verbi causa hoc Democriti dictum ducit: ...εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ οὐδὲ ἐν χρυσῷ· ψυχὴ οἰκητήριον δαίμονος (fr. B 171, v. s.; cf. Heracl. B 119). Altera vero ex parte Democritum operam dedisse, ut suam doctrinam moralem novis et peculiaribus verbis ab aliena contagione vindicaret, vel inde apparet, quod eam, quam Graeci εὐδαιμονίαν vocare consueverunt, ipse εὐθυμίαν appellare maluit (v. s.). Neque dubium est, quin Democritus in ea, quam protulit, doctrina morali constituenda multo magis ab Anaxagora quam a Pythagoreis adiutus

AD ARCHILOCHI FRAGMENTA TETRAMETRA OBSERVATIONES CRITICAE

Scripsit

VICTOR STEFFEN

I. AD ARCHILOCHI MONUMENTUM PARIUM

Proximo saeculo exeunte, anno quidem 1899, duo conspicui lapides, qui olim artissime secum coniuncti basin stelae anaglypho Archilochi poetae ornatae effecerant, quam circa annum ante Chr. n. centesimum Sosthenes quidam sive Sostheus, Prosthenis filius, Διὸς Βασιλέως et Ἡρακλέους Καλλινίκου sacerdos (IG XII 5, 234), faciendam curaverat, Pari in insula iam pridem ab A. de Ridder reperti et ab A. Wilhelm spectati nec tamen a viro docto insignissimo illi *Marmori Pario* intento explorati a Fr. Hiller de Gaertringen, cuius viri humanissimi itemque rerum epigraphicarum peritissimi memoriam cum pietate, qua dignus erat, recolo, in examen vocati et diligentissime excussi sunt. Qui enim lapides, etsi aliquot saeculis post stelam Archilocho constitutam, cum in novi sepulcri constructionem converterentur, male mulcati sunt, satis longae inscriptionis vestigia exhibebant[1], quae Demeae annalium Pariorum eam partem in epitomen contractam continebat, quae de vetustissimis rebus Pari insulae a Graecis occupatae secundum Archilochi poemata archontumque ordinem referebat praemissa illa fabula de legatione Milesiorum Parum petentium, quae naufragium in maris transitu Naxio perpessa tota periisse fertur excepto Coerano, qui delphini ope usus in Syrensium portum pervenisset ibique in speluncam quandam confugisset, quoad in patriam suam reverteretur[2]. Quae omnia fiunt manifestissima ex inscriptionis parte priore, ubi haec fere leguntur: ἀν]αγέγραφεν δὲ ὁ Δημέας ἕκαστα [τῶν τε πεπραγμέ]||[ν]ων καὶ γεγραμμένων ὑπὸ Ἀρχιλόχου κατ᾽ [ἄρχοντα]|ἕκαστον, καὶ ἦρκται ἀπὸ ἄρχοντος πρῶτον Εὐρ[...? ἐφ᾽ οὗ]||δοκεῖ πεντηκόντορος Μιλησίων πρέσβεις ἄγ[ουσα εἰς Πάρον]|καὶ ἀνακομιζομένη ἐγ Μιλήτου διαφθαρῆνα[ι ἐν τῶι πορθμῶι]|τῶι Ναξιακῶι, καὶ σωθῆναι ἕνα τινὰ αὐτῶν, ὧι ὄ[νομα Κοίρα]|νος, ὑπὸ δελφῖνος ἀναλημφθέντα, καὶ ἐκπεσόν[τα εἰς τὸν]||[τῶ]ν Συρίων [λιμέν]α εἴς τι σπήλαιον συνφ[υγεῖν, καὶ]||ἐκεῖθεν αὖτ[ις ἐλθεῖν εἰς τὴν ἰδ]ίαν· τὸ δὲ σπ[ήλαιον]|ἔτι νῦν ὑ[πάρχον ἀπ᾽ ἐκεί]νου Κοιράνει[ον καλεῖ]|[τ]αι, [καὶ ναίει Πο-

---

[1] Quam inscriptionem descripsit, explevit illustravitque F. Hiller de Gaertringen, Mittheilungen des deutschen archäologischen Instituts. Athenische Abtheilung. Bd. XXV, 1900, p. 1 sqq.; IG XII 5 (1902) nr. 445, ibidem part. 2 (1909) nr. 315; Nachrichten von der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse. N. F. Fachgruppe I. Bd. I, 1934—1936, p. 41 sqq.; RE VA col. 1312 s. v. *Thasos*, IG XII, 1939 in suppl. ad nr. 445, p. 212 sqq.

[2] De Coerano Pario cf. Hiller de Gaertringen, NGG Bd. I, 1934—1936, p. 11.

Restat, ut voluptates breviter attingam. Quod Diogenes Laertius animi bonitatem vel felicitatem nequaquam cum voluptate confundi debere dixit (II 45, v. s.), id quam verum sit, facile diiudicabitur, si praecepta a Democrito de voluptatibus data satis considerabimus. Atque hoc primum memoria retinendum est non felicitatem ex voluptatibus, sed voluptates ex felicitate pendere. Quid ita? Quia nemini nisi ei, qui iam felix et animi boni est, veris frui voluptatibus licet. Itaque tantum abest, ut felicitas voluptatibus concilietur, ut potius ipsa illas conciliet. Quamquam haec eius vis non idem ad omnes potest. Etenim Democritus hominum voluptates in duas partes generatim atque universe divisit, alteram in animae, ut ait ipse (cf. e. c. fr. B 37, v. i.), vel animi bonis, in corporis alteram nitentem. Idem quoniam maximas voluptates ex sagaci rerum naturae investigatione et scientiae humanae finibus impigre propagandis, ex pulcherrimis laboribus ad communem omnium hominum utilitatem et salutem augendam pertinentibus, ex solida eruditione et litterarum studio, ex amicitia denique percipi existimavit, animi bona et voluptates multo minoribus corporis bonis et voluptatibus longe anteposuit, ut vel haec eius verba testantur: ...ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ αἱρεόμενος τὰ θειότερα αἱρέεται· ὁ δὲ τὰ σκήνεος τὰ ἀνθρωπήϊα (fr. B 37; cf. B 65, 98, 99, 103, 107, 112, 118, 146, 157, 180, 186, 187, 189, 194, 207). Ne istae corporis voluptates, si accuratius examinantur, non modo breves, sed etiam periculosae reperiuntur. Ac breves quidem propterea, quod in molestis desideriis, quae tamen facile satiari possunt, satiandis et summovendis omnes versari debent, periculosae autem propterea, quod si quis verbi causa edendi finem fame depulsa non faciat, sed cibi deliciis nimis gaudere soleat, is in malam denique edacitatis consuetudinem incidat necesse est, qua quin et vera edendi voluptate fraudetur et multis iisque minime necessariis aerumnis implicetur fieri non possit. Nam naturalibus corporis desideriis suus cuique satiandi terminus in propinquo tamquam assignatus adest, quo quidem violato probae voluptates in pravas illecebras et vitiosas servitutis famulas continuo se convertere arguuntur: ...εἴ τις ὑπερβάλλοι τὸ μέτριον, τὰ ἐπιτερπέστατα ἀτερπέστατα ἂν γίγνοιτο (Dem. fr. B 233; cf. B 4, 70, 71, 72, 182, 198, 211, 232, 234, 235). Quaeret quispiam, quos tandem terminos animi voluptates habeant. Hae habent nullos, nam ne desideria quidem animi ullos habent, velut insatiabilis illa veri cognoscendi cupiditas ac prope libido. Huc pertinent, opinor, et illud ἐν βυθῷ... ἡ ἀλήθεια et reliquae de egestate angustisque scientiae humanae finibus querelae iterum ac saepius fusae (cf. Dem. fr. B 6—11, 117), non iniustae illae quidem et tamen iniustae, quia hac ipsa egestate sublata integerrimae simul voluptates e vita humana prorsus evanuissent. Itaque genuina animi desideria, cum non modo plura et ampliora quam corporis sint, sed etiam sine ullo satietatis periculo sedentur, innumerabiles voluptates veras suppeditare solent, quae felicitatem licet non efficiant, tamen varietate quadam eam distinguunt idque

Verbis, quae sunt θυμός, εὔθυμος, μεγάθυμος cett., usus est iam Homerus, qui θυμόν illum, id est animum rationis expertem, φρενί vel νόῳ, id est menti rationis compoti, opponere solet cuiusque ingenio viri fortes creati iterum et saepius animis suis, ut menti atque rationi obsequi velint, blandissime persuadere student (cf. e. c. *Il.* XXI 552 sq.; XXII 98 sq.; *Od.* V 355 sq.; XX 9 sq.). Neque immerito. Nam mens quamvis quid sit faciendum utique sciat, nihil tamen ipsa ea de causa facere potest, quod corpus non illius, sed animi nutu et arbitrio commovetur. Mens quae fieri debeant praecipit, verum haec utrum fiant necne, penes animum est, cui mentis praeceptis vel parere vel obsistere licet. Iure igitur fortissimi illi viri et mentis amici animo persuadere, ut ei obsequatur, quam imperare malunt. Quae quidem cum alibi uberius pertractaverim (cf. Spraw. PAU LI, 1950 p. 552 sq.; LII, 1951 p. 3 sq.; Meander VI, 1951 p. 18 sq.; 127 sq.), hic attingere tantum et breviter indicare satis habeo. Atque Homeri carminum memor videtur Heraclitus fuisse, cum ita scriberet: ...θυμῷ μάχεσθαι χαλεπόν· ὅ τι γὰρ ἂν θέλῃ, ψυχῆς ὠνεῖται (Heracl. fr. B 85). Quid quod Heraclito sic Democritus respondet: ...θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν· ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατέειν εὐλογίστου (Dem. fr. B 236)? Nempe Democritus Homero assensus est et quia non dubitabat, quin animus a mente seiunctus menti obtemperare deberet, is ut ei obtemperaret, omni modo efficere prudentis viri officium esse monuit. Idem via ab Homero monstrata longius processit et quae Homerus, animum et mentem dico, in pectore pariter inclusit, eorum hanc in capite, in pectore illum collocandum putavit. Namque mentem a Democrito in hominis capite collocatam esse vel inde apparet, quod mentis prudentiam cum Minerva, notissima illa Iovis filia in patris capite maturata, comparavit, sicut ex his duobus testimoniis cognoscimus: ...Τριτογένεια ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Δημόκριτον φρόνησις νομίζεται. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ φρονεῖν τρία ταῦτα· βουλεύεσθαι καλῶς, λέγειν ἀναμαρτήτως καὶ πράττειν ἃ δεῖ. — Δημόκριτος δὲ ἐτυμολογῶν τὸ ὄνομά (scil. Τριτογένεια) φησιν, ὅτι ἀπὸ τῆς φρονήσεως τρία ταῦτα συμβαίνει· τὸ εὖ λογίζεσθαι, τὸ εὖ λέγειν καὶ τὸ πράττειν ἃ δεῖ (Dem. fr. B 2, v. s.). Quibus omnibus consideratis veri simillimum est Democritum Homeri vestigiis ingressum et εὐθυμίαν illam procudisse et sic de ea sensisse, ut hac voce animi bonitatem vel statum bonum (scil. εὐεστώ), animi inquam menti admodum obsequentis significari vellet. Quod autem εὐθυμία idem atque animi tranquillitas (scil. ἀταραξία) valere plerumque affirmatur, id sane accipi potest, dummodo hoc memoriae mandetur animi obsequio rei caput contineri illudque obsequium non modo omnis tranquillitatis et felicitatis, sed etiam virtutis veram causam fontemque esse.

Sed est eis ipsis de rebus quod dici possit subtilius, si prius Democriti sententiam penitus perspexerimus, qui censet ea, quae fieri oporteat (scil. τὰ δέοντα, τὰ χρὴ ἐόντα), mentis prudentia ab omni errore libera certissime praecipi. Ad rem illustrandam haec affero: ...δίκη μέν ἐστιν ἔρδειν τὰ χρὴ

mox committendam indicaret. Versus, quos laudaverat Heraclitus aliique scriptores antiqui, hi sunt (fr. 56 D[3]):

> Γλαῦχ' ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασιν ταράσσεται
> πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρα Γυρέων ὀρθὸν ἵσταται νέφος,
> σῆμα χειμῶνος· κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος.

In hoc Archilochi fragmento omnia recte se habere videntur excepto montium nomine (Γυρέων v. 2), quod in textum induxit Lobeck, cui illae Γυραὶ πέτραι ex Homeri *Odyssea* notae obversabantur, dum codices antiqui corruptas lectiones γύρεον vel γύριον exhibent. Gyras rupes ad Euboeam insulam pertinere inter omnes constat. Cur autem Archilochus circum Euboeae rupes periculum nasci dixerit, non est clarum neque clarum esse potest, etiamsi Archilochum etiam ad res Euboeorum respexisse notum est[23]. Sed hoc loco Archilochus de Euboea cogitare non potuit, cum Thasi militiam faciens ad propiora loca oculos convertere deberet. Neque enim veram tempestatem ex qualibet regione orientem in animo habuit, sed pugnam prorumpentem et quasi iam appropinquantem praedicere voluit. Ante paucos quidem annos C. M. Bowra rem ita explicare conatus est, ut Archilochus periculum ab Euboea impendens praedixisse putaretur[24]. Sed haec explicatio facile non comprobetur, cum versus, de quibus agitur, ad Θραικικά pertinere compertum habeamus. Itaque quaerendae sunt rupes, quae Thaso propiores essent, quam illae Γυραὶ πέτραι ad Euboeam pertinentes. D' A. W. Thompson, qui Bowrae explicationem accipere noluit, pro ἄκρα Γυρέων scribendum esse putavit ἄκρα γ' οὐρέων[25]. Sed haec quoque coniectura, etsi litteris traditis proxima est, ea de causa probari non potest, cum ab Archilocho periculi locum accurate definitum esse censeamus. Est autem parva et saxosa inter Cycladas insula, cui antiquissimis temporibus nomen fuit Γυάρων. Hoc nomen in Archilochi textu primitus fuisse suspicamur. Possis quidem cogitare etiam de Συρίων insula, quam commemoravisse videtur Archilochus, cum de Coerani naufragio et salute referret[26]. Sed praeferendum tamen videtur nomen Γυάρων. Cum ad huius insulae directionem respiceret poeta, periculum a Naxiis oriundum in animo habuisse videtur.

---

[23] Cf. fr. 3.
[24] The Classical Review. 1940, p. 127—129.
[25] The Classical Review. 1941, p. 67.
[26] Cf. Archilochi monumentum Parium.

Itaque cum et Christianis multa obessent[28], quominus carmina scriberent vere poetica, et apud gentiles poesis a grammaticis exculta et rhetoricis imbuta coloribus tenuiter potius floreret, aut maiores quidem, sed alienas ornaret res, nec validis suisque vigeret viribus, nihil sane miramur Christianis etiam medio, ut diximus, IV saeculo nulla fere propria praesto fuisse scripta, quae lectorem humanioribus eruditum studiis oblectarent, nulla carmina, quae iuventuti legenda, grammaticis darentur enarranda[29].

III. IULIANI IMPERATORIS EDICTO CHRISTIANORUM STUDIA HUMANIORA AC LITTERAS NON SOLUM NON RETARDATA, VERUM PROMOTA ESSE

Quae cum ita essent, Iulianus imperator, cum quaereret, quibusnam potissimum armis Christianos reprimeret, ex hac parte imprimis castra eorum minime esse munita sagacissimo sensit animo. Hanc igitur omni praesidio destitutam castrorum partem veterum deorum cultor ac defensor prudens aggredi castraque si non capere, at quam maxime imminuere statuit. Nam

---

storici potius quam poetae fuit opus. Grammaticas autem res trimetris iambicis Philemo tradidit et Terentianus, metricam versibus polymetris ab eodem explicatam esse Terentiano nemo ignorat. Quibus accedit etiam carmen de figuris vel schematibus (Baehrens, PLM III, p. 272). Sed et scriptores Christiani idem fecisse videntur; nam Apollinaris, quem annotat. 25 memoravimus, Scripturam sanctam versibus reddere est conatus, et Gregorius Nazianzenus, qui et prosae orationis et poematum fuit auctor peritissimus, versibus easdem, quas orationibus tractabat res (quod idem imperii Romani temporibus plures fecisse observamus auctores atque iam poemata scripsisse iam oratione scripta composuisse pedestri). Huc pertinent etiam: Iuvencus, qui evangeliorum libros, et Prudentius, qui materiam a scriptoribus Christianis saepius tractatam hexametro dactylico repetivit, et alii.

[28] Adde quod temporibus illis alio sermone, scilicet vulgari, populus, longe alio scriptores usi sunt; itaque qui carmina scribere vellet, eum necesse fuit poetas quam plurimos diligentissime legere ac poeticam linguam ediscere. Quod propterea tum maxime fuisse constat difficillimum, quia syllabarum quantitas, quae in carminibus componendis summopere observabatur, in sermone cotidiano ac familiari neglegi solebat. Quo factum est, ut versus componendi ars, quam eruditi satis callebant, ineruditis — quales Christianorum plurimi videntur fuisse asseclae — difficilior fieret; nam Commodiani, quem III imperii Romani veri est simillimum vixisse saeculo (cf. H. Grégoire: *Les persécutions dans l'empire romain.* Bruxelles 1951: Commodianus ca a. 260), carmina optime nos docent, quid multi Christianorum tum in carminibus scribendis possent, quid saperent. Sed Gregorium quoque Nazianzenum scimus in quibusdam carminibus quantitate neglecta popularem secutum esse sermonis rationem (cf. T. Sinko: *Lit. grecka.* III 2. Kraków 1954, p. 202 sq.).

[29] Nam qui a gnosticis saeculo II scribebantur hymni et psalmi, canticis psalmisque in Vetere Testamento obviis videntur fuisse simillimi nec metrorum ratione, sed orationis numerosae rhythmis constitisse. Metricae vero Christianorum poesis exempla Graeca usque ad Iuliani tempora unica fere videntur exstitisse carmina, quae Clemens Alexandrinus (a. 150-ca 215) *Paedagogo*, Methodius (mort. 311) *Convivio* subiecerunt. In Occidente autem, ubi Graecorum lingua in ecclesiis diutius in usu erat, primos scriptores Christianos extremo demum imperii saeculo II exstitisse comperimus, poetas vero multo serius, ita ut Iuliani temporibus Christianis praeter nonnulla maximam partem e Vergilii locutionibus ac versibus composita carmina non essent praesto nisi Commodiani illa poematia et Iuvenci Evangeliorum libri versu compositi.

Un examen rapide des autres sources confirme cette chronologie. En premier lieu Thucydide[22] qui semble indiquer, par son expression, qu'entre le retour de Pausanias à Byzance et son expulsion par les Athéniens un grand intervalle n'était pas possible. Diodore[23] et Plutarque[24] sont plus explicites: ils placent l'expédition de Cimon contre Byzance immédiatement après la formation de la ligue de Délos, et, ce qui semble le plus important, avant la prise d'Eion. Il faut souligner que les informations des trois sources principales sont conformes quant à la date discutée et il faudrait des contre-arguments très sérieux pour ébranler leur valeur. Uniquement pour parer au préalable à une telle éventualité, citons la phrase de Thucydide I 98: πρῶτον μὲν Ἠιόνα... εἷλον... Κίμωνος στρατηγοῦντος. Cependant cet argument qui semble combattre la chronologie basée sur les données du papyrus d'Oxyrhynchos peut être expliqué sans changer l'ordre chronologique, notamment d'abord Byzance, puis Eion. Thucydide ne mentionne pas du tout la prise de Byzance dans les chapitres consacrés à l'histoire des 50 années[25] et c'est pourquoi la prise d'Eion est pour lui le premier exploit militaire de la ligue de Délos[26].

Résumant tout ce que nous avons dit à propos du schéma chronologique il faut constater que les sources confirment pleinement la chronologie qui assigne à l'expulsion de Pausanias de Byzance une date antérieure, et non postérieure à la prise d'Eion. Un tel ordre d'événements présente en outre un avantage sérieux: il laisse à Pausanias plus de temps pour son activité, après son retour de Kolonai. N'ayant pas de possibilité d'établir strictement la chronologie de ses dernières années, nous avons le droit, maintenant, de considérer comme le dernier événement de sa vie que l'on puisse dater son expulsion de Byzance en 476/75.

Ces études préliminaires achevées, nous pouvons procéder à l'analyse détaillée des sources et de chercher la réponse aux questions, posées dans l'introduction de la présente étude. Examinons d'abord rapidement la carrière militaire de Pausanias qui, grâce aux plus récents travaux, se présente maintenant sous un nouveau jour.

La mort inattendue de Léonidas a ouvert à son neveu Pausanias la voie à la régence qu'il exerça au nom du fils de celui-ci. Mais nous ne savons rien de son rôle jusqu'au moment du départ de l'armée de Sparte qu'il conduisit

---

[22] I 131, 1: καὶ ἐπειδὴ τῇ Ἑρμιονίδι νηὶ τὸ δεύτερον ἐκπλεύσας οὐ κελευσάντων αὐτῶν τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν, καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου βίᾳ ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθείς. Busolt: *o. c.* p. 76.

[23] XI 41—47.

[24] *Cim.* 6.

[25] Probablement la supposition de Gomme (*o. c.* p. 392, 1), selon lequel Thucydide n'a pas donné à l'*excursus* la forme finale, n'est pas sans valeur dans cette question.

[26] Peut-être, comme le suppose Gomme (*o. c.* p. 433), il n'y avait point de siège, l'ambiguïté de l'emploi du mot πολιορκεῖν chez Thucydide étant la cause du malentendu.

vante l'origine du nom du mime: *mimos ab diuturna imitatione vilium verum et levium personarum*[29].

L'acteur mimique, on le sait, n'était pas estimé et l'acteur tragique pouvait s'offenser de lui être comparé. Il n'appartenait pas à l'association dionysiaque[30]. C'est pourtant le mime qui triompha définitivement sur la scène de l'empire. D'innombrables témoignages (réunis par H. Reich[31]) parlent de l'enthousiasme du peuple pour ces spectacles. Il suffit de lire le XXXII discours de Dion Chrysostome dans lequel il se moque de l'aveuglement des habitants d'Alexandrie pour le mime et pour d'autres spectacles semblables. Mais cet enthousiasme était aussi partagé par les représentants des classes élevées. Cicéron et Caton le Jeune voyaient déjà jouer des mimes[32]. Les mentions sur les acteurs mimiques sont nombreuses dans les papyrus, surtout dans les comptes concernant les fêtes[33]. Cet énorme succès du mime et sa marche triomphale par le monde antique sont des phénomènes complexes et difficiles à expliquer entièrement. Des facteurs politiques et sociaux jouèrent sans doute un rôle important[34]. L'acteur mimique pouvait, même dans une allusion peu claire mais assez compréhensible pour les auditeurs, dire beaucoup de choses, ce qu'un autre que lui n'aurait pu faire. La possibilité de l'improvisation augmentait encore sa liberté. On peut citer ici deux témoignages intéressants d'auteurs d'opinions contraires. Chorikios, en défendant le mime au VI^{ème} s. de n. è., dit: καὶ τὴν πολιτείαν ἡμῶν οὐ μικρὰ πολλάκις εὐερτοῦσιν, ἄρχοντας ἐν καιρῷ τοῖς σκώμμασι σωφρονίζοντες[35] et Jean Chrysostome en le combattant s'écrie: οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ τοὺς δήμους ἀναρριπίζοντες, οἱ τὰς ταραχὰς ἐμποιοῦντες ταῖς πόλεσι[36].

Il semble pourtant qu'on ne puisse chercher la signification essentielle du mime dans des allusions politiques. Une intéressante lumière est jetée sur ce problème par un fragment de Diodore qui ne se rapporte pas, il est vrai, à l'Egypte. Diodore, racontant l'insurrection des esclaves en Sicile, dit que ceux-ci, sous le commandement du jongleur syrien Eunous, ont assiégé les maîtres dans Enna. Devant les remparts de la ville les insurgés jouaient des mimes pour les assiégés dans lesquels les esclaves représentaient les méfaits de leurs pro-

---

[29] Kaibel: *Fragm. com. graec.* I, p. 66.

[30] Voir Reich: *o. c.* p. 27.

[31] Reich: *o. c.* p. 142 ss.

[32] Voir Cicero *ad Att.* XIV 3; Valerius Maximus II 10, 8.

[33] Voir J. Manteuffel dans Acta Secundi Congressus Philologorum Classicorum Slavorum. Pragae 1931, p. 120 s.

[34] L'observation de Reich (*o. c.* p. 29): *Je mächtiger die Massen werden, desto mehr rückt der Mimus aus seiner Dunkelheit in den Vordergrund des griechischen Lebens* mérite d'être citée.

[35] Chorikios éd. Graux 14, 8.

[36] Jean Chrysostome: *C. D. hom. in Matth.* XXXVII al. XXXVIII.

cum tota Naxiorum expeditione. Sed Parii insignissimam victoriam pepererunt auxiliante, ut dicit poeta, Athena ipsa, quae deplorabundi populi animum iam deficientem concitaverat. Sed versus Archilochi, qui ad hanc victoriam spectant, misere sunt corrupti partimque omnino deperditi deficiente iam lapide. Versum quartum restituere in animo non habeo, quippe cum tantopere sit corruptus et laceratus, ut minima restituendi spes offeratur. Multo facilius sanari posse videtur versus tertius. Ex fragmenti initio apparet Athenam, ἐρικτύπου Διός filiam, pugnantibus Pariis benigne adstitisse. Eam animum incitavisse constat. Quaeritur autem, cuius animum dea incitaverit. Res in propatulo erit, si retinebitur lectio λεώ, quam P. Maas coniectura νεώ ita repellere conatus est, ut iam sculptori vitium tribueretur[15]. Si lectio λεώ retinebitur, dubitari non poterit, quin Athena populi, i. e. Pariorum, animum incitaverit. Utrum adiectivum πολυκλαύτου ad λεώ respiciat an cum verbis antecedentibus αὐτῆς τῆς, quae corrupta sunt, iungendum sit, nondum clarum est. Priusquam diiudicemus, quo adiectivum πολυκλαύτου spectet, corrigenda sunt vitiose scripta αὐτῆς τῆς. Facillima correctio esset, si scriberetur αὐτῆς γῆς (cf. v. 10 col. IV: γῆς ἐπιμνήσαιο τ[αύτης(?)). Sic tota sententia formam acciperet hanc: τῶν δ' Ἀθηναίη μάχηι ἴλαος παρασταθεῖσα, παῖς ἐρικτύπου Διός, καρδίην ὤρινεν αὐτῆς γῆς πολυ[κ]λαύτου λεώ. Quae Latinis verbis ita fere exprimi possunt: *Horum pugnae Minerva, Iovis valde tonantis filia, benigne adsistens animum incitavit deplorandi populi ipsius terrae.* Sed meliorem sensum assequamur, si scribamus: τῶν δ' Ἀθηναίη μάχηι ἴλαος παρασταθεῖσα, παῖς ἐρικτύπου Διός, καρδίην ὤρινεν αὐτὴ γῆς πολυκλαύτου λεώ. Αὐτῆς sculptoris errori tribuendum esse videtur, qui hoc pronomen ad substantivum γῆς respicere falso censuerit. Si hanc versus restitutionem comprobabis, adiectivum πολυκλαύτου non ad genetivum λεώ, sed ad genetivum γῆς referendum esse scito.

Cum ad finem vergat iam consideratio nostra, paucissimis verbis repetere iuvat, quae examinatis Archilochi fragmentis et cum ipso inscriptionis textu comparatis de Pariorum rebus comperimus. Iam primum statuimus Parios Thasum occupantes adversus Thraces pugnavisse, quorum in potestate esset Thasus insula. Thracibus videlicet male rem gerentibus auxilio venisse quosdam Graecos duce Pisistrati filio allectos sane auro, quod obtulissent auxiliatoribus Thraces. Quos auxiliatores, postquam Thraces aliqua de causa trucidavissent, ipsos occisos esse partim a Pariis Thasum iam tenentibus partim a latronibus Sapaeis, ad quos confugissent timore Pariorum. Deinde ostendere curavimus illam auxiliatorum manum e Naxiis constitisse. Post necem eorum, qui Thracibus auxilio venissent, Pariis Thasum obtinentibus rem fuisse cum tota Naxiorum expeditione contra novos Thasi colonos pugnante. Quo bello Parios clarissimam victoriam de Naxiis reportavisse benevolentia

---

[15] Apud Hillerum de Gaertringen, NGG Bd. I, 1934—1936, p. 48.

discussion sur les autres questions de critique, il faut se souvenir de l'analyse détaillée des sources grâce à laquelle Dickins[2] est parvenu à découvrir des traces de falsification de la tradition spartiate, concernant Cléomène I. Analogiquement, nous avons le droit de supposer qu'il en était de même avec Pausanias. Les auteurs anciens employaient, pour définir une relation dont la valeur historique leur semblait suspecte, les expressions λόγοι ou ὡς λέγεται qui trahissent leur manque de confiance envers une telle version[3]. Dans son histoire Hérodote[4] prodigue les louanges au vainqueur de Platées faisant toutefois des remarques sur sa violence[5]. D'autre part il cite un λόγος dans lequel Pausanias est flétri comme traître[6], il est accusé de tendre à la tyrannie sur toute la Grèce au moyen d'un mariage qui n'a d'ailleurs pas été contracté, avec la fille d'un satrape persan. Au premier coup d'oeil, nous soupçonnons qu'un tel λόγος a pu être écrit dans un milieu spartiate qui avait grand intérêt à calomnier la mémoire de celui qui était assez puissant, comme autrefois Cléomène, pour résister à l'éphorat.

Nos soupçons se renforcent du moment que nous faisons une analyse plus détaillée de la tradition de notre source principale, de Thucydide. La tradition de Thucydide elle-même, soumise à une analyse minutieuse, nous fournit de précieux renseignements.

La digression, consacrée par cet auteur à la question de Pausanias, est en contradiction avec le récit bref de l'histoire des cinquante années[7]. Cet état de choses semble d'autant plus étrange que Thucydide partageait le point de vue athénien et se proposait de représenter les causes de la grandeur d'Athènes. La question de Pausanias, dont il ne s'occupe qu'occasionnellement, est assombrie par une quantité de détails, de sorte que nous nous trouvons réellement devant un „embarras de richesse" proverbial. Où Thucydide avait-il puisé ces informations?

Si les exploits de Pausanias à Chypre et à Byzance avaient pu laisser, dans la tradition athénienne, des traces plus ou moins visibles, le récit des événements de Sparte, l'atmoshère du procès, typique pour le milieu de Sparte, et surtout les copies de sa correspondance ont dû être puisés dans la tradition spartiate. Comme avec Hérodote, nous avons ici affaire à une attitude sem-

---

[2] *The Growth of Spartan Policy* (J. H. S. 32, 1912 p. 27 s.). Voir, en dernier lieu, les pages très convaincantes consacrées à ce sujet par W. P. Wallace: *Kleomenes, Marathon, the Helots, and Arkadia* (J. H. S. 74, 1954 p. 32 ss.) qui muni d'une nouvelle interprétation des sources historiques a souligné la rudesse de la lutte menée par l'éphorat contre la royauté en personne de Cléomène I en présentant de cette façon la situation interne à Sparte env. 490 sous un nouveau jour.

[3] H. Landwehr: *Der Prozess des Pausanias* (Philologus 49, N. F. 3, 1890 p. 495 ss.).

[4] IX 72; 78; 88.

[5] IX 82.

[6] V 32.

[7] K. J. Beloch: *Griechische Geschichte*. II², pp. 2, 7.

pres maîtres, raillant leur vanité, leur excès d'insolence qui les ont conduits à la ruine[37].

Le mime littéraire peignait plutôt la réalité qu'il ne l'attaquait. Les esclaves révoltés n'auraient pas exécuté un mime d'Hérondas, mais ils auraient pu sans doute jouer un mime ressemblant à la *Moicheutria* du papyrus d'Oxyrhynchos. La signification essentielle du mime populaire résulte de ses tendances, de sa passion, de son penchant à la caricature, en un mot elle se trouve dans son caractère de satire sociale qui s'explique, comme nous l'avons vu, par le milieu auquel ce mime était destiné. Dans des conditions favorables ce caractère satirique pouvait être compris et mis à profit par les classes inférieures et même par les esclaves qui, n'ayant pas créé leur propre littérature, se servaient par nécessité de celle, qui leur était la plus proche par ses tendances comme en témoigne la narration de Diodore.

Warszawa

[37] Diodore 34, 2, 46: μίμους δὲ ἐξ ἀποστάσεως τοῖς ἔνδον ἐπεδείκνυτο (scil. Εὔνους) δι' ὧν οἱ δοῦλοι τὰς τῶν ἰδίων κυρίων ἀποστασίας. ἐξεθεάτριζον ὀνειδίζοντες αὐτῶν τὴν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εἰς τὸν ὄλεθρον προαγούσης ὕβρεως.

canibus Thracibus opem tulerit. Canes autem nuncupavit poeta Thraces sibi invisos.

Quis fuerit ille Pisistrati filius, qui Thracibus auxilio venisset, ignoramus quidem, sed Graecum eum fuisse ex patris nomine statuere fas est. Thracibus autem non gratuito neque levi fenore ductus opem tulit, sed allectus est auro puro, quod Thraces ei dederant. Δῶρ' ἔχων ἀκήρατον χρυσόν auxilio eis venit. Sui igitur lucri gratia cum Thracibus adversus Parios Thasum occupantes pugnare non abhorruit contraxitque in Parios una cum Thracibus illa ξυνὰ κακά, quorum mentionem facit poeta in fine versus sexti. Poetae verba etiam melius decurrerent, si pro ξύν' ἐποίησαν κακά scribere liceret ξύν' ἐποίησεν κακά. Sed utrum tenenda sit lectio ἐποίησαν an corrigendum sit ἐποίησεν, certissime diiudicari non potest, nisi denuo examinato lapide ipso. Si re vera in lapide scriptum esset ἐποίησαν, adduceremus sane, ut ἐποίησαν ut constructionem ad sensum quae dicitur et ad Pisistrati filium et ad comites eius, illos viros lyrae tibiarumque peritissimos, respicientem intellegeremus. Archilochi igitur fragmentum sic fere restituendum esse videtur.

πολλ[ὰ δὴ τότ'] εἶπε⟨ν⟩ 'Αστ[ῆς (aut ἀστοῖς), ὡς ὁ] παῖς Πεισιστράτου
ἄνδρας [εὖ φ]ωνοῦντας αὐλὸν καὶ λύρην ἀν' ἦρ' ἄγων
εἰς Θάσον κυσὶ Θρ⟨έ⟩ιξιν δῶρ' ἔχων ἀκήρατον
χρυσόν, οἰκείω⟨ι⟩ δὲ κέρδει ξύν' ἐποίησεν κακά.

Iam vides res prorsus aliter se habere atque iudicaverat Hiller de Gaertringen aliique viri docti. Thraces enim aurum non acceperunt, sed immo ipsi dederunt, ut socios belli adversus Parios Thasum occupantes haberent. Sed qui auxiliatorum munus susceperant ex auxiliatoribus trucidatores facti postea ipsi trucidati sunt partim a Pariis partim a latronibus Sapaeis. Quo modo factum esset, ut ii, qui auxilio venerant, arma in Thraces converterent, auctor inscriptionis omnino reticuisse videtur. Sed illud οἰκεῖον κέρδος etiam ad Thracum necem multum contulisse prorsus denegare non possumus.

Res, quas tractavimus, actae erant archonte Pariorum Amphitimo. In annum sequentem archon designatus est idem Amphitimus. Cuius secundis auspiciis Parios Thasum occupantes clarissimam victoriam de Naxiis reportavisse refert inscriptionis auctor Archilocho duce: μετὰ ταῦτα πάλιν γίνεται ἄρχων 'Αμφ[ί]τιμος, καὶ ἐν τούτοις διασαφεῖ πάλιν, ὡς ἐ[ν]ίκησαν καρτερῶς τοὺς Ναξίους[14].

Nunc iam patere censeo novis Thasi colonis bellum una adversus Thraces et Naxios gerendum fuisse. Res cum sic se habeat, nullum iam video impedimentum, quominus coniciamus Naxios fuisse eos, qui lucri causa puroque auro allecti filio Pisistrati duce Thracibus auxilio venissent. Postquam haec Naxiorum manus foede deleta et pessum data est, res erat Pariorum colonis

[14] Poeticum colorem verborum καρτερῶς τοὺς Ναξίους cognovit E. Diehl.

les mimes littéraires et non-littéraires. Il faudrait citer ici la plupart des mimes de Hérondas, de Théocrite surtout les Idylles II et XV. Nous trouvons les reproches analogues aussi dans les mimes d'Oxyrhynchos et le fragment mimique de Berlin. Ici et là nous voyons la malice et l'astuce des esclaves. Seulement chez Hérondas ces caractéristiques sont à peine marquées (Kydilla), tandis que dans *Moicheutria* elles triomphent, soulignées par la comparaison avec la stupidité de la maîtresse trompée. Dans les mimes non-littéraires le tableau est aussi, comme ailleurs, plus schématique, moins détaillé. Hérondas différencie les esclaves entre eux, nous en voyons toute la hiérarchie dans une riche maison (mime V).

L'analyse du fond confirme donc notre supposition: le mime littéraire voit la société d'un autre point de vue que le mime non-littéraire. Ce décalage est le plus net lorsqu'il s'agit des classes supérieures. Il est moins saisissable envers les étrangers. Envers les esclaves l'attitude est presque la même (n'oublions pas que la comédie aussi connaissait l'esclave plus astucieux que son maître). Ces observations s'accordent avec ce que nous avons dit d'autre part des publics et des créateurs du mime. Hérondas et Théocrite écrivaient pour une élite intellectuelle représentant le sommet de la société hellénistique. Le mime non-littéraire était destiné à la foule de petits artisans, petits fonctionnaires etc. qui savaient critiquer les supérieurs mais se sentaient eux-mêmes très au-dessus et des étrangers qui ne parlaient pas grec et surtout des esclaves. Peut-on donc qualifier le mime non-littéraire de populaire? Oui et non. Il l'était en tant que destiné au peuple mais non pas pour les basses couches. Mais populaire du point de vue du public, il ne l'était pas par les auteurs qui témoignent une certaine culture littéraire.

Il serait intéressant de connaître l'attitude des diverses classes de la société envers le mime non-littéraire. Nous avons un assez large matériel mais qui ne se rapporte qu'à une époque assez tardive et presque tous ces témoignages ne se réfèrent pas à l'Egypte. Je pense pourtant que, si le mime populaire de l'Egypte est pour nous une illustration (avec certaines restrictions) de ce genre de spectacle dans tout le monde gréco-romain, on peut aussi, d'une façon analogue, lier à l'Egypte les témoignages qui se rapportent au caractère général du mime, même s'ils proviennent des autres régions de l'empire romain. Tous ces matériaux sont réunis par H. Reich dans son travail sur le mime[27], il n'est donc pas nécessaire de les citer ici en détail. En général le mime est, dans la littérature, sévèrement jugé. On peut citer comme caractéristique la définition bien connue de Diomèdes: *mimus est sermonis cuiuslibet* (*et*) *motus sine reverentia vel factorum et turpium cum lascivia imitatio*[28], ou celle de Euanthios encore plus intéressante, qui explique de la manière sui-

---

[27] Reich: *o. c.* p. 50 ss.

[28] G. L. K. I, p. 491.

ÉTUDES SUR LES FRAGMENTS DE MÉGASTHÈNE

Βραχμᾶνας—Σαρμάνας

Par

LUDWIK SKURZAK

Nous ne nous occuperons que de cette partie des fragments qui se rapporte aux brahmanes et aux *sarmanas*. Depuis la publication des fragments de Mégasthène[1] on a constaté sans aucune difficulté, que les *brahmanas* ce sont des brahmanes. Quant aux *sarmanas*, le problème était plus compliqué. Les savants indianistes d'alors les considéraient comme des ascètes brahmaniques ou bouddhiques. Cet état de choses se maintient jusqu'à présent[2].

Nous allons ajouter aux fragments de Mégasthène les commentaires puisés dans les textes indiens, pour étudier spécialement la question des sarmanas, qui renferme de nombreux problèmes ethniques, sociaux et politiques des Indes à cette époque.

Fr. 40. *Ceux-ci* (brahmanes) *depuis le moment de leur conception restent sous la tutelle des savants qui, sous l'apparence de sortilèges, ayant pour but d'assurer le bien-être à la mère et à son enfant, leur donnent en effet de sages indications et conseils. Les mères obéissent volontiers à leurs tuteurs, en croyant contribuer ainsi au bonheur de leurs enfants.*

Tous les écrits liturgiques, qui se rapportent aux rites domestiques, dits *Gṛhya-Sūtra*[3], confirment chez Mégasthène une connaissance exacte des moeurs indiennes. Il y a des chapitres consacrés exclusivement à la mère et à l'enfant. Dès le moment de la conception il est prescrit d'accomplir des sacrifices, de célébrer différents rites, tenant parfois de la magie, afin que le nouveau-né soit de sexe mâle et pour le préserver des dangers qui le guettent de toutes parts. Parmi ces rites nous avons d'abord garbhādhāna, puis puṃsavana, qu'on accomplissait le troisième ou le quatrième mois de la grossesse pour obtenir un fils.

Soṣyantihoma: on oint la salle où doit avoir lieu l'accouchement avec le suc de certaines plantes, on l'embaume pour se préserver de mauvais génies; enfin on accomplit le sacrifice. Après la naissance de l'enfant il était important d'accomplir les rites: nāmakarana, c'est-à-dire l'imposition du nom et cūḍākaraṇa, c'est-à-dire la coupe des cheveux[4].

---

[1] *Megasthenis Indica.* Ed. Schwanbeck. Bonnae 1846.

[2] P. ex. Schwanbeck: *l. c.*; Ch. Lassen: *Indische Alterthumskunde.* Leipzig 1874, p. 705. Pour la bibliographie du sujet voir O. Stein: *Megasthenes und Kauṭilya.* Wien 1922, p. 280.

[3] Parmi les écrits liturgiques des Indes on distingue deux groupes: *Śrauta-Sūtras* traitant des sacrifices publiques et *Gṛhya-Sūtras* traitant des sacrifices domestiques.

[4] P. ex *Āśvalāyana Gṛhya-Sūtra* I 13—17; *Śānkhāyana Grh. S.* I 19—2,5. La description détaillée de la cérémonie est faite par A. Hillebrandt: *Rituelliteratur*, *Vedische Opfer u. Zauber* (G. Ind.-Ar. Ph. u. Alt. p. 48-49).

tris scripta et Diehlio et aliis viris doctis ignota esse videtur, cum nullam huius commentationis fortasse ea de causa mentionem faciant, quod lingua Polona est composita. At viris doctis omnes commentationes ad rem spectantes, quacumque lingua sint scriptae, inspiciendas esse censeo, ne forte sudetur in eis, quae iam temptata aut explicata sint. Ceterum Klingeri commentationi summarium lingua Franco-Gallica expressum additum est, ut quivis intellegere posset, quae res tractarentur in commentatione ipsa. Sed antequam quaestioni fragmentorum iungendorum animum advertamus, de fragmento 67a pauca dicere iuvat, ut amoveantur vitia, quae versibus a Stobaeo 3, 20, 28 p. 544 H. traditis inhaerere videntur. Qui hos versus accuratissime perlegit, primo aspectu fere evitare non potest, quin totum carmen a poeta quasi εἰς ἑαυτόν scriptum esse suspicetur. Videtur enim Archilochus tamquam miles variis belli vicibus iam vexatus animum sibi addere eodemque tempore secum considerare, quam fluctuosa sit hominis fortuna, quae neque ex rebus secundis nimium gaudium capiendum neque in rebus adversis plene desperandum esse doceat. Inde cognoscendum esse, quanta fluctuatio hominum vitam regat. Quem lepidissimum Archilochi locum tantaeque sapientiae plenum respexisse videtur Horatius, cum ad Dellium scriberet: *Aequam memento rebus in arduis servare mentem non secus in bonis ab insolenti temperatam laetitia, moriture Delli*! Sed Archilochi versus, quibus mutabilem hominum fortunam sobria consideratione perstringebat, placidam quietamque praelusionem efficiebant pugnae, quam suscepturus erat adversus amicos suos, qui odium poetae in se contraxissent, quod plane elucet ex Aristot. *Polit.* 7, 6 p. 1328a 1: πρὸς γὰρ τοὺς συνήθεις καὶ φίλους ὁ θυμὸς αἴρεται μᾶλλον ἢ πρὸς τοὺς ἀγνῶτας ὀλιγωρεῖσθαι νομίσας· διὸ καὶ ’Αρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· σὺ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεαι. Fragmentum a Stobaeo traditum, quod verbis θυμέ, θύμ’ ἀμηχάνοισι κήδεσι κυκώμενε incipit, initium totius carminis fecisse videtur. Verba σὺ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεαι ab Aristotele ex Archilochi carmine allata et ad eundem θυμόν conversa, qui in carminis exordio compellatus est, ad posteriorem eiusdem carminis partem pertinere sequitur.

Sed retineamus paululum cursum, ut examinemus fragmentum a Stobaeo traditum, quod duobus locis omnium fere virorum doctorum suspicionem suscitat. Quod fragmentum in editione Diehliana tertia ita proponitur:

Θυμέ, θύμ’ ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε,
† ἀνάδυ †, δυσμενῶν δ’ ἀλέξευ προσβαλὼν ἐναντίον
στέρνον, † ἐν δοκοῖσιν ἐχθρῶν † πλησίον κατασταθείς
ἀσφαλέως· καὶ μήτε νικῶν ἀμφάδην ἀγάλλεο
μηδὲ νικηθεὶς ἐν οἴκωι καταπεσὼν ὀδύρεο.
ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα
μὴ λίην· γίγνωσκε δ’ οἷος ῥυσμὸς ἀνθρώπους ἔχει.

Corrupta in primis habetur lectio ἀνάδυ, in codicibus quidem ἀναδευ scripta, quamvis non desint, qui hanc lectionem defendere conentur. Plerique tamen coniecturis suo Marte excussis locum sanare et studebant et student. Quae coniecturae, maximam partem violentissimae, congestae exstant in Bergkii *Lyricorum Graecorum* editione quarta. E. Diehl in *Anthologiae lyricae Graecae* editione tertia omnes silentio praetermisit, cum nullam videlicet fidem eis tribuere posset. Ut locus iam multum vexatus recte intellegatur, incipiendum est ab imperativo ἀλέξευ, qui contra omnem grammaticam rationem cum genetivo δυσμενῶν hoc loco iungi videtur, quamquam ceteroquin verbum ἀλέξεσθαι cum accusativo obiecti iungi solet, velut e. gr. ἀλέξασθαι κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας (Hom. *Il.* XIII 475), στρατὸν ἀλέξασθαι (Herod. VII 207), ἀλέξεσθαι πολεμίους (Xenoph. *Anab.* VII 7, 2), ἐχθρὸν ἀλέξασθαι (Xenoph. *Anab.* I 3, 6), τὰ κακὰ ἀλέξασθαι et similia. Quare circumspiciendum esse videtur, quo modo accusativus ex illo ἀλέξευ pendens introduci possit, ut rationi sermonis satisfiat. Quod facillime eveniet, si in versu ineunte αἰνά pro ἀνα scribetur abiectis illis δυ vel δευ, quae sive per dittographiam orta sive ab inscio scriba excogitata esse videntur. Versum enim iam antiquis difficultatem attulisse vel ex eo cognosci potest, quod male intellecto versus initio illud δέ post δυσμενῶν inseruerint, ut cum commenticio imperativo, quem sub litteris ἀναδευ latere putarent, imperativus ἀλέξευ apte iungeretur. Quibus sic explicatis iam nihil restat, quam ut poetae restituamus verba αἰνὰ δυσμενῶν ἀλέξευ προσβαλὼν ἐναντίον στέρνον. Archilochus igitur animum suum incitabat, ut fortiter resisteret hostibus saevientibus.

In eiusdem fragmenti versu tertio multis offensioni est lectio ἐνδόκοισιν vel ἐν δοκοῖσιν. Substantivum ἔνδοκος ab Hesychio traditum substantivoque ἔνεδρα explicatum est. Valckenaer lectionem ἐνδόκοισιν comprobavit novissimisque temporibus adstipulatorem invenit A. Tovar, qui ἐνδόκοισιν tamquam ἅπαξ εἰρημένον servandum esse putat[19]. Alii, velut Bergk et U. de Wilamowitz-Moellendorff, ἐν δοκῆισιν vel ἐν δοκαῖσιν praetulerint eodem Hesychio duce, qui hasce glossas sic explicatas affert: ἐν δοκῆι· ἐν ἐπιβουλῆι et δόκαι· ἔνεδραι, παρατηρήσεις. Sed lectiones ἐν δοκοῖσιν et ἐν δοκῆισιν ea de causa non satisfaciunt contextui, cum tam facile credi nequeat Archilochum in insidias ipsas hostium prodire cupivisse. Et certe non fuissent insidiae, si Archilochus iam pridem cognovisset, quo loco hostes occulti essent. Neque sensum in melius mutat Klingeri coniectura λόχοισιν[20], quam diu iam inductam ante paucos annos denuo induxit W. Jaeger[21]. Λόχοι enim etiam sunt insidiae. Si vero reputamus ab Archilocho eam constructionem adhibitam esse, qua duae aequabiles sententiae partes iuxta ponerentur, προσβαλὼν ἐναντίον

---

[19] Anales de Filologia Clasica. IV, 1947—1949, p. 345 sqq.

[20] *Przyczynki do fragmentów tetrametrycznych Archilocha*, p. 12.

[21] The Classical Review. 1949, p. 193.

il faut se rendre compte des difficultés multiples qui s'y opposent. Nous ne savons presque rien de certain de la situation intérieure de l'état spartiate dans cette période, de son développement antérieur, des tendances dont il était animé[73]. Il en est de même de l'histoire grecque de la décade 480—470 dont nous n'avons que des fragments isolés et la trame chronologique nous laisse plus d'une fois perplexes. On ne peut s'étonner, dans cette situation, de se trouver devant une différence essentielle des opinions concernant le problème capital de la nature des rapports athéno-spartiates. Etaient-ils amicaux, ou non? Il est vrai que pour la plupart des savants la réponse est plutôt négative[74], mais les partisans de l'opinion contraire savent présenter des arguments qui militent en leur faveur[75]. En tout cas, il est permis de ranger les résultats des investigations précédentes dans l'ensemble de l'histoire spartiate et d'essayer d'y mettre un peu d'ordre.

Les historiens sont de plus en plus d'accord que la politique spartiate, depuis la fin du VI^{ème} siècle, oscillait entre deux pôles, dont l'un était passif, l'autre actif[76]. Les partisans de la première, principalement les éphores, se laissaient mener par les égards envers la situation intérieure de Sparte, d'abord le danger de la part des ilotes, les conditions économiques ensuite, qui, faute d'argent et de forces navales, prescrivaient à l'état spartiate une politique prudente, fermée dans les frontières étroites du Péloponèse. D'autre part, les partisans de la politique active, les rois en tête, visaient à agrandir la puissance de Sparte au-delà de ses frontières. L'issue favorable de la campagne médique mit de nouveau ces deux camps aux prises et d'après tout ce que nous savons, le régent Pausanias et le roi Léotychide[77] ne manquaient pas de poursuivre la politique qui, une fois déjà, aux temps pas si éloignés de Cléomène I, avait déchaîné une lutte sans merci entre la royauté et l'éphorat. L'expédition de Léotychide en Thessalie et l'affaire de Pausanias à Byzance sont des témoignages assez explicites de sa réalité; la fin tragique de l'un et de l'autre nous font entrevoir l'âpreté et le poids de ce combat. Pausanias, probablement le mobile de l'action, avait vu s'épanouir la jeunesse spartiate, cet incompara-

---

[73] Voir à ce propos la discussion chez Grundy: *o. c.* p. 92 et Dickins: *o. c.* p. 33. Une nouvelle conception de la situation de l'état spartiate a présenté H. Stubbs: *Spartan Austerity* (Classical Quarterly 44, 1950 p. 32—37). D'après lui l'essor de la royauté commerciale fut arrêté à Sparte env. 550 par la conquête perse, ce qui a donné la prépondérance aux grands propriétaires, ennemis de commerce et de culture.

[74] P. ex. Duncker: *o. c.* p. 61 ss.

[75] Cf. Beloch: *o. c.* p. 149 ss.

[76] Walker: *o. c.* p. 39; G. B. Grundy: *Thucydides and the History of His Age.* I—II. London 1948, spec. II 229.

[77] Elle nous semble peu probable la supposition de Dickins: *o. c.* p. 33 que Léotychidas était l'instrument des éphores. Les péripéties qui accompagnaient sa destitution, indiquent plutôt que lui aussi a partagé le sort de Pausanias. Cf. H. Bengtson: *Griech. Gesch.* p. 164, qui tient l'histoire avec le sac d'or comme un typique λεγόμενον.

à la victoire de Platées[27]. Cet exploit militaire, ainsi que l'expédition de Chypre et le siège de Byzance, nous montrent Pausanias comme un chef de grandes capacités. Ce n'est qu'à la lumière des études récentes que l'on peut aussi apprécier le rôle des Spartiates, les seuls vainqueurs de Platées[28]. Hérodote[29] qui est notre source principale a tout à fait raison quand il prodigue les éloges les plus recherchés à Pausanias. Néanmoins, l'image qu'il en donne est double. D'une part il loue sa magnanimité, mais de l'autre il ne dissimule pas son orgueil et sa violence[30]. Peut-être la différence dans l'éducation, si spécifique à Sparte, a-t-elle fait de ce membre de la famille royale des Agiades un camarade et un chef peu agréable. La série de ses succès éclatants: Platées, Chypre, Byzance, ne pouvait pas modifier son caractère. C'est justement à Byzance, lieu de sa suprême prospérité que va s'écrouler cette carrière brillante. Nous nous trouvons, vu la rapidité de ce revirement, devant une énigme qui est d'autant plus inquiétante qu'elle obscurcit aussi l'histoire de Sparte, même de la Grèce entière.

Quelles étaient les causes de cette chute qui a fait du héros de Platées un chevalier errant, appelé devant les tribunaux, emprisonné, souffrant de la faim, finissant sa vie si agitée en ennemi de l'ordre spartiate. Les sources donnent à cette question une réponse en l'accusant de tendre à la tyrannie, de nouer des négociations secrètes avec la Perse, de conspirer avec les ilotes[31]. Pour appuyer ces accusations elles citent toute une série d'arguments contre lui, en énumérant longuement ses méfaits, en produisant même des documents. Que devons-nous penser de tous ces témoignages qui semblent accabler sous leur poids cet homme malheureux, mais intrépide, jusqu'à la mort, dans la réalisation de ses desseins? A mon avis, pour résoudre cette difficulté, pas unique du reste dans l'histoire grecque d'après Salamine et Platées, il faut moins tenir compte des mots et beaucoup plus des situations; il faut confronter les phrases avec les faits en se souvenant sans cesse de tout ce qui a été dit auparavant de la valeur de notre tradition, falsifiée quant à l'histoire de Pausanias et de la part des Spartiates et de la part des Athéniens. En un mot, il n'est pas permis d'oublier que toutes les actions de Pausanias nous ont

---

Philistaeo, alii a gulae voce derivari voluerunt. Eruditum lectorem vix est quod moneam Goliardos initio quidem saec. XIII in synodis aliquot Gallicanis sollemniter condemnatos esse (annis 1227, 1231, 1232, 1239), cf. J. de Ghellinck: L'essor de la littérature latine au XII[e] s., II, Bruxelles—Paris 1946, 281.

292 octo primos libros: *Topica dicit, cf. infra v. 350 sqq.*

sunt opinati — cogitari solet vulgo de Flavio Capro[51], etsi neutiquam inter doctos convenit, quam multa huius grammatici vestigia in his lateant libris[52]. Utcumque est, pro certo possit accipi aliunde provenire citationes, aliunde autem ipsas regulas grammaticas, hoc et illo loco expositas[53]. Itaque quaeritur, utrum liber V et liber VI eodem nitantur fundamento grammatico an ad diversa redeant fundamenta. Quam rem si diiudicare voluerimus, inquiramus necesse est, quid de compositione utriusque libri sit cogitandum. Etsi enim Jeep compositionem eorum librorum eandem fere esse dixerat[54], iamdudum eius opinionem refelli atque libri V structuram a libri VI compositione differre

---

ornamentum te esse Latinorum non minus quam Graecorum studiis gaudebam. igitur excusatio mihi sit audacis incepti difficillima recusatio tuae iussionis (G.L.K. II 194,2—7).

[51] E magno numero eorum, qui de Capro Prisciani auctore scripserunt, hos laudasse sat sit: P. Schmidt: *De Nonii Marcelli auctoribus grammaticis.* Lipsiae 1868, p. 148 sqq.; Neumann: *De Plinii dubii sermonis libris Charisii et Prisciani fontibus.* Kiliae 1881, p. 37 sqq.; G. Keil: *De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.* Diss. Halis Saxonum 1889; O. Froehde: *Die griechischen und römischen Quellen der Institutiones des Priscianus* (Fleck. Jhrb. 151, 1895, p. 283 sqq.); L. Jeep: *Priscianus I* (Philol. 67, 1908, p. 43 sq.); *Priscianus II* (Philol. 68, 1909, p. 1—51 passim); O. Wischnewski: *De Prisciani Institutionum grammaticarum compositione.* Diss. Regimontana 1909; A. Hoeltermann: *De Flavio Capro grammatico.* Diss. Bonnae 1913; Barwick: *o. c.* p. 192 sqq.; L. Strzelecki: *De Flavio Capro Nonii auctore.* Rozpr. Wydz. Filol. PAU LXX 3, Kraków 1936, p. 7 sqq.

[52] Ipse Priscianus libri V particula (1—45) ad finem perducta adiecit haec: *Supra dictorum tamen nominum usus et apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus invenis* (G.L.K II 171,14), quae quorsus spectarent, dudum quaerebatur (conf. Strzelecki: *Quaest. de Phoca gramm.*, p. 17 sq.); Neumann (*o. c.* p. 37; conf. Jeep: *Redetheile*, p. 95 adn. 2) Prisciani librum VI et libri V priorem partem (1—45) e Capro potissimum pendere sibi persuaserat, quod recte se habere iam Godofredus Keil negavit; atque G. Keil quidem librum VI cum Neumanno ad Caprum refert auctorem, libri V autem fundamentum redire dicit ad nescioquem *Artis grammaticae* auctorem, quod fundamentum ipse Priscianus exemplis Capro surreptis auxerit (*qui brevibus auctoris sui regulis exempla a Capri copiis petita immiscuerit, o. c.* p. 44). Wischnewski, *o. c.* utrumque Prisciani librum ad verbum paene esse exscriptum e Flavii Capri scriptis sibi persuasit et quidem librum V redire ad Capri opus *de dubiis generibus* inscriptum, librum autem VI ad eiusdem grammatici opus *de Latinitate.* Quae esse falsa nullamque veri prae se ferre speciem iam Wessner docuit (conf. Berl. Philol. Wochenschr. XXX 1910 col. 1542 sqq., Jahresbericht über die Fortschritte der klas. Altertumswissenschaft 188, 1921, p. 99 sq.).

[53] Iam Godofredus Keil duas discrevit libri V partes, fontem scilicet grammaticum (*qui praeceptorum brevitate et testimoniorum plerumque e recentibus auctoribus sumptorum parvo numero a Capri ratione differt magisque pueris instituendis destinatus videtur fuisse, o. c.* p. 44) et locos dubii generis comprobandi causa allatos, qui Capro surrepti sunt. Eadem fere et Wessneri fuit opinio: *...in eine ziemlich dürftige und knappe Grundlage, eine Art Schulgrammatik, eine Fülle von Anmerkungen, Zitatenreihen und einzelnen Belegen geradezu hineingestopft worden ist, die teils von Priscian selbst herrühren kann, teils von ihm aus einer oder mehreren anderen Quellen herangeholt sein muss* (Berl. Philol. Wochenschr. XXX 1910 col. 1543 sq.), conf. Strzelecki *Quaest. de Phoca*, p. 17.

[54] *Redetheile*, p. 162 adn. 2 (*im Ganzen ebenso*); conf. Wessner (Berl. Philol. Wochenschr. XXX 1910 col. 1544).

être, cette politique maritime si coûteuse ne plut pas à Corinthe[89] dont la politique tendait, pour le moment du moins, à dresser Athènes contre Egine. De tels motifs purent influencer le parti passif qui appréciait avec prudence les possibilités de l'état spartiate. Il est à supposer que le problème démographique a joué son rôle[90]. Pour parer au danger de la propagande démocratique, rayonnant d'Athènes et naturellement fomentée par cette cité, comme le prouve l'action postérieure de Thémistocle, on voulut trouver des moyens plus convenables qu'une action provocatrice de Pausanias à Byzance. Sparte sut gagner un allié sûr à Athènes, dans la personne de Cimon dont la politique d'expansion, antiperse et prospartiate, donnait plus de garanties[91]. Cette politique modérée fut de règle à Sparte jusqu'au tremblement de terre de 464, à une exception près, à savoir l'affaire de Thasos[92].

Pour la deuxième fois après Cléomène, l'éphorat avait triomphé de la royauté. Pausanias, victime de cette politique, n'ayant pas la possibilité de faire la guerre aux Athéniens, dut quitter Byzance. Il est à prévoir quel était son état d'esprit et celui de beaucoup de ses partisans, déçus dans l'espoir de renforcer l'hégémonie spartiate, de rétablir l'ancienne puissance de la royauté. Après son deuxième procès en 476/5, voyant s'écrouler ses projets, il se trouva en opposition avec l'ordre social, existant dans l'état spartiate[93]. Mais ce que nous savons du reste de sa vie ne sont que de pures hypothèses. Même la date de sa mort n'est pas certaine, 470/69[94], bien qu'il soit probable que l'on peut la rattacher à la fin de Léotychide. En cherchant les causes de cette catastrophe qui a profité uniquement à l'éphorat, nous n'avons pas d'autre choix que d'accepter la version, si nous rejetons celle de sa trahison, qu'il avait conspiré avec les ilotes[95]. Un faible argument à ce propos est, à côté de l'information directe de Thucydide, la mention chez le même auteur, dans le préambule de l'histoire de Pausanias, d'un ἄγος accompli par les Spartiates envers les ilotes suppliants. Leur grande insurrection après le tremblement de terre de

---

[89] Grundy: *o. c* p. 86 s. a souligné avec force le rôle important de Corinthe dans la politique spartiate.

[90] Cf. dernièrement L. Ziehen: *Das spartanische Bevölkerungsproblem* (Hermes 68, 1933 p. 218 ss).

[91] Plut.: *Them.* 20.

[92] Thucyd. I 101, 2.

[93] Thucyd. I 130.

[94] Le comput est naturellement hypothétique. Cf. en dernier lieu H. Bengtson: *Griech. Gesch.* p. 181.

[95] Thucyd. I 132, 4. Voir aussi Arist.: *Pol.* V 7, 1307 a. Pourtant, il faut prendre en considération la possibilité, qu' Aristote pense aussi à notre Pausanias et dans d'autres endroits de la *Politique*, notamment V 1, 1301 b et VII 14, 1333 b, où il parle du renversement de l'éphorat par le roi Pausanias, ce titre étant bien des fois employé dans nos sources, au lieu de celui de régent. Cf. Aristote: *La Politique.* Trad. pol. par L. Piotrowicz. Wrocław 1953, p. 160, 2 et 259, 2.

comoedias sex annorum spatio id est ab anno 166 usque ad 160 a. Chr. n. contineri consideraverimus, Romanos spectatores per aliquot post Terentium annos histriones sine larvis in scaena agentes spectavisse non negabimus. Fuerintne eo tempore omnino nullae personae in usu, difficile est diiudicare. Sed primum Roscium demum personis uti consuevisse, quamvis nonnumquam, ut supra ostendimus, accideret, ut sine persona in scaenam prodiret[13], cum quadam probabilitate conicere licet.

Quod ad Diomedis verba pertinet, quae sunt: *Personis vero uti primus coepit Roscius Gallus*, non sunt ad verbum intellegenda. Donati et Diomedis verba Ribbeck minime inter se pugnare ratus edocere conatus est Roscium unum e histrionum grege fuisse, cuius dominus Prothymus esset (*o. c.* p. 661). Quae quidem opinio, etsi probabilis est, nullis tamen certis testimoniis comprobari potest. Secundum communem virorum doctorum opinionem personae circa annum 100 a. Chr. n. in scaenam Romanam inductae sunt. Solus Steffen (*o. c.* p. 157) annum 146, quo personae scaenae Romanae accommodatae essent, ultimum fuisse dicit, cum Taciti *annalium* XIV 21 verba affert, quibus L. Mummium primum in ludis scaenicis faciendis Graecorum mores secutum esse docemur[14]. Quem quidem terminum aliquantum removendum esse usque ad illum diem arbitramur, quo Roscius summam artificii sui palmam assecutus sit, quam coniecturam supra allato Taciti testimonio comprobari putamus: Roscius crescebat et artem suam excolebat ea aetate, qua Graecorum exempla in studiis litterariis promovendis, in primis autem in scaena Romana, plurimum valuerunt. Cuius rei initium sub finem anni 146 factum est. Inde Roscius maximam artis suae maturitatem adeptus, quam eximiis ingenii facultatibus, quae a Cicerone[15] saepissime laudantur, praeditus iam multo ante solitum aetatis finem assequi potuit, fortasse triginta annos natus, id est anno 122 aut 120 larva scaenica ut inseparabili instrumento uti coepit.

Restat, ut breviter nobiscum reputemus, sintne ante Terentium personae in theatro Romano adhibitae. Quae res Festi verbis p. 217 M. s. v. *Personata* approbari potest: *Personata fabula quaedam Naevii inscribitur, quam putant quidam primum ⟨actam⟩ a personatis histrionibus. Sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperint, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam novam per Atellanos, qui proprie vocantur personati, quia ius est is non cogi in scaena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati*

---

[13] Conf. J. Marquardt — Th. Mommsen: *o. c.* p. 546.

[14] P. C. Taciti *ann.* XIV, 21: *...ducentis iam annis a L. Mummii triumpho, qui primus id genus spectaculi in urbe praebuerit.* Qui terminus secundum Gowii opinionem (*o. c.* p. 77) temporis spatio ab anno 200 usque ad 120 a. Chr. n. continetur.

[15] Cic. *pro Roscio comoedo* 6, 17: *Potest hoc homini huic haerere peccatum? qui mediusfidius (audacter dico) plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinae possidet in se; quem populus Romanus meliorem virum quam histrionem esse arbitratur; qui ita dignissimus est scaena propter artificium, ut dignissimus sit curia propter abstinentiam.*

Didactica Prudentii carmina sunt, quae *Apotheosis* et *Hamartigenia* inscripta traduntur. Quae tamen non ita sunt composita, ut uno quodam tenore fidei Christianae rationem explicarent, sed e pluribus constant quasi separatis dissertationibus, quibus poeta varias haereticorum sententias refellit. *Apotheosis* igitur disputationes continet, quae ad Christi naturam divinam atque ad sanctam pertinent Trinitatem[51]. Quarum disputationum singulae singulas efficiunt commentationes, non coniunctas inter se nisi una inscriptione unoque proposito, quod est apologeticum. Huic carmini simillimum alterum est poema didacticum, quod *Hamartigenia* inscriptum est; quo poeta versibus conscriptas complexus est disputationes quasdam contra Marcionis sententiam elaboratas ac Dei unitatem attinentes[52]. Iterum atque iterum poeta adversarii opiniones impugnat unaque refutata proximam aggreditur tamquam nova adversarii arma novo detorquens impetu.

Eiusdem generis carmina sunt *contra Symmachum* composita. Ex quibus quod libro priore continetur carmen est et ipsum e pluribus contextum partibus. Nam hoc quoque poetae proprium est tamquam collectaneorum libros componere. Sed partibus illis singuli confutantur deridenturque dei veteres, ut quisque aut vi fuit et potestate aut aetate maior. Posteriore autem libro collectae sunt refutationes singulorum Symmachi argumentorum[53], quibus orator temporum suorum illustrissimus deorumque veterum defensor gravissimus summa cum eloquentia imperatoribus persuadebat, ut et virginibus Vestalibus sacerdotumque collegiis pristina retribuerentur privilegia, et Victoriae ara ac simulacrum in senatus curiam restituerentur.

Sed Prudentius poeta simul et rhetor omnia illa carmina maximam partem secundum artis rhetoricae praecepta disposuit idque praecipue quaesivit, ut adversarii argumenta reiceret, suam rem iustam demonstraret. Refutatio igitur et confirmatio plurimum in carminibus illis componendis valuerunt idque effecerunt, ut didacticae poematum partes ad confirmandum pertinentes cum refutandi commiscerentur partibus satiricis. Et iam ad Lucretii ingenium ac sublimitatem poeta videtur accedere, carminum saltem vi et gravitate[54], iam saturae, quin etiam invectivae persequi acerbitatem, tamquam Christianos docturus, qua ratione hoc carminum genus in suum vertere possint usum.

---

[51] Contra patripassianos, qui dicuntur (v. 3—177), contra Sabellianos (v. 178—320), contra Iudaeos (v. 321—551), contra gnosticos (v. 552 sqq.), cet.

[52] Adversus Marcionem, qui medio fere II imperii saeculo exstitit, et alios quosdam pugnasse et Tertullianum constat quinque illos scripsisse libros, Prudentio minime ignotos.

[53] In quibus Prudentius Ambrosii videtur esse secutus de ea re sententiam (*Epist.* XVIII).

[54] Cf. E. Rapisarda, ut in annotat. 47. — „Christianorum Lucretium" Prudentium Rand vocavit (*Prud. and Christ. Humanism*: Transact. of the Amer. Philol. Ass., 51 (1920) p. 71—83); cf. B. M. Peebles: *The Poet Prud.* New York 1951, p. 101 et 159; G. Boissier: *o. c.* T. II, p. 130. — De Prudentio satyrico cf. Peebles: *o. c.* p. 101 et 159.

Alterius generis enuntiata de personis illo tempore in scaena absentibus edocent, velut de absenti Critone dicit Davus (Ter. *Andr.* 856 sq.):

Quom faciem videas, videtur esse quantivis preti:
Tristis severitas inest in voltu atque in verbis fides.

Pamphilus *Hec.* 369 sq. narrat, quid uxore visitata conspexerit:

Sed continuo vultum earum sensi inmutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.

Hae duae significandi affectus rationes nullam suspicionem movent. Exstant etiam apud Terentium loci, quibus dramatis persona ipsa de suis ipsius sensibus alicui narrat: Critonis narratione de Glycerii, amatae virginis, fortuna perturbatus Pamphilus dicit (Ter. *Andr.* 937): *vix sum apud me: ita animus commotust metu*, Demipho autem (Ter. *Phorm.* 240) his verbis suum animi habitum explicat:

Ita sum inritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.

Saepissime tamen alii alios in comoedia de causis variorum animi motuum interrogant aut certe tantum personam quandam hoc vel alio animi statu esse dicunt. Ut exemplo utamur, Gnatho parasitus Parmenonem servum conspiciens his verbis de eo dicit (Ter. *Eun.* 267):

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video.

Idem Gnatho (*Eun.* 273) ipsum Parmenonem interrogat: *quia tristis es?* In scaena quinta III actus eiusdem comoediae (v. 539) Chaerea adulescens Thaidis domo laetissimus exit; quem ut vidit Antipho, alius iuvenis, his verbis alloquitur (558):

Chaerea, quid est quod sic gestis? Quid sibi hic vestitus quaerit?
Quid est quod laetus es?

Alio loco (*Eun.* 642) Phaedria Pythiam ancillam domo subito exeuntem conspicit eamque perturbatam videt et dicit:

Sed quid hoc quod timida subito egreditur Pythias?

Alium rursus animum Pythias apud Parmenonem servum animadvertit (*Eun.* 918 sq.):

Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video: vide, ut otiosus it, si dis placet.

Laetitiae signum conspicit etiam Parmeno apud Chaeream (*Eun.* 1034): *Quid hic laetus est?* maeroris autem Syrus servus apud Sostratam, Chremetis uxorem (Ter. *Heaut. timor.* 620): *Nescio quid tristis est.* Irae autem indicium vidit

exscribendam curavimus. Qui codex eo ceteris, quos quidem nobis inspicere contigit, praestare videtur, quod textum minime lacunosum exhibet (omittit tantum v. 69: *pro*, v. 170: *et*, v. 171: *contrarium*, v. 283: *sui*, v. 336: *quare*, v. 340: *et*, v. 368 *non*, v. 370: *et*), at contra pluribus locis solus praeter ceteros quinque genuinam servavit lectionem (v. gr. v. 3: recte omittit *sit*, v. 15: *qui*: *quod* cett., v. 24 recte omittit *in*, v. 35: *Friderici*: *Frederici* (*-ti*) cett., v. 89: *letor*: *leter* cett., v. 98: *est* om. cett., v. 101: *ad*: *et* cett., v. 144: *et*: om. cett., v. 170: *recedit a corpore*: om. cett., v. 176: *contrahitur*: *contrariatur* cett., v. 190: *si*: *in* cett., v. 255: *oporteret*: *oportet* cett., v. 280: *quare*: *quia non* cett., v. 355: *ueritatis*: *ueritati* cett.).

Peioris iam notae sunt codices[36]:

A = Parisinus, bibliothecae Nationalis nr 14700, olim s. Victoris 32, saec. XIII, membranaceus, ff. 396, binis columnis exaratus (AL nr 640). *De pomo* occurrit ff. 76^{v}—81^{r}.

B = Parisinus, bibliothecae Nationalis nr 16088, olim Sorbonae 737, saec. XIII, membranaceus, ff. II+190, binis columnis (AL nr 663), ornatus litteris initialibus perpulchris, imagines textum illustrantes continentibus, quarum eam, qua f. 185^{v} *De pomo* incipit, item lucis ope exscribi iussimus; *De pomo* occurit ff. 185^{v}—189^{v}.

D = Parisinus, bibliothecae universitatis nr 119, saec. XIII ex., membranaceus, ff. I+280, binis columnis exaratus (AL nr 725); *De pomo* occurrit ff. 262^{r}—266^{r}; textus abrumpitur v. 356 post *sciencia sua.*

E ita significavi consensum duorum codicum fere gemellorum, utpote qui sescentas lacunas, transpositiones verborum, lectiones corruptas communes habeant, qui tamen alter ex altero descripti non sunt, ut ex discrepantiis aliquot plane patet. Ubi igitur a se declinant, notantur:

E_1= Parisinus, bibliothecae Mazarineae nr 3459, saec. XIII ex., membranaceus, ff. 246, binis columnis a librario Italico quodam exaratus (Al nr 522)[37]. *De pomo* occurrit ff. 237^{r}—241^{v}.

E_2= Cracoviensis, bibliothecae universitatis Iagellonicae nr 506, scriptus, ut videtur, saec. XIII ex., certe ante a. 1304, qui aliquantum recentiore manu f. 280^{v} annotatus reperiatur; membranaceus, ff. 280, mm 360×240, binis columnis exaratus. Continet: *Metaphysica* ff. 1^{r}—64^{r}, *Physica* ff. 65^{r}—107^{v}, *De coelo* ff. 109^{r}—135^{v}, *De generatione* ff. 135^{v}—151^{r}, *Meteora* ff. 151^{r}—182^{v}, *De anima* ff. 182^{v}—201^{r}, *De sensu* ff. 201^{r}—208^{r}, *De memoria* ff. 208^{r}—210^{r}, *De somno* ff. 210^{r}—216^{v}, *De longitudine et brevitate vitae* ff. 216^{v}—218^{v}, *De iuventute et senectute* ff. 218^{v}—219^{v},

---

[36] Descriptiones codicum Parisinorum ex *Aristotele Latino* pp. 490, 545, 557, 589 me mutuatum esse grato animo profiteor.

[37] Plura de hoc codice habes apud A. Molinier: *Cathalogue des mss. de la Bibliothèque Mazarine* III. Paris 1890, p. 86 sq.

carminibus praemissa declarat, sed et scriptor et artifex esse voluit non indoctus, quamvis laudis cupiditatem honeste dissimulans.

Quae ita fuisse facile nobis apparebit carminum atque argumentorum et stropharum ac versuum varietatem considerantibus, iis praecipue temporibus a poeta quaesitam, cum Christiani doctrinas et artes et litteras gentilium, ante contemptas vel parvi habitas, imitari quam maxime concupiverunt atque in suum usum vertere coeperunt, cumque apud Graecos alii inter Christianos Demosthenis et Platonis, alii Homeri et Pindari exstiterunt aemuli, apud Latinos autem novi effloruerunt Christianorum Varrones et Cicerones, Marones et Flacci et Lucr· tii.

II. LITTERAE STUDIAQUE HUMANIORA APUD CHRISTIANOS CUR DIU NEGLECTA IACUERINT?

Prudentius igitur in litteris Christianorum adaugendis adornandisque quidnam sibi voluerit, quid egerit, ut recte vereque intelligamus, multa necesse est meminerimus Christianis antiquis obstitisse, quominus studia humaniora complecterentur gentiliumque litteras et artes colerent, nedum imitarentur; quo factum esse, ut Christiani saeculo IV ipsisque Iuliani imperatoris temporibus, cum auctorum gentilium lectione ac scholis prohiberentur, nullas fere haberent proprii ingenii litteras, nulla poemata, quae qui grammaticis rhetoricisque eruditi vellent studiis in scholis legerent aemulandaque sibi exempla proponerent.

Nam Christianorum doctrina, cum fraternum erga alios homines amorem omniumque, et liberorum et servorum, aequalitatem praedicaret[7], a divitibus autem id postularet, ut in pauperes benefici bonoque et humano essent animo[8], quo gratior fuit humilioribus, pauperibus atque indoctis, eo difficilius ad superiores civitatis ordines, ad divites et eruditos, penetrabat[9].

At non solum propterea Christiani antiquissimi, quia plerique pauperes erant ideoque illitterati humanitatisque politioris expertes nec cupidi, nihil ad litteras amplificandas contulerunt, nihil ad bonarum artium studia promovenda, quorum aditus apud antiquos solis fere divitibus atque optimis, qui dicebantur, patuit[10], sed etiam quia doctrinae suae praeceptis obsecuti mundique finem propinquum et Dei adventum atque iudicium sperantes extremum solam

[7] Cf. N. A. Maszkin: *Hist. starož. Rzymu.* Warszawa 1950, p. 620 sq.: *Idea równości, spotykana u stoików i prawników rzymskich, rozwinięta była u chrześcijan konsekwentniej niż w tamtych doktrynach. Chrześcijaństwo głosiło braterstwo wszystkich ludzi*, etc.

[8] Cf. R. J. Wipper: *Powstanie literatury chrześc.* Warszawa 1950, p. 302 sqq. (*O ideach społecznych w ewangelii według Łukasza*); N. A. Maszkin: *o. c.* p. 622: *Od bogatych wymagano tylko hojnych ofiar na utrzymanie gminy i na korzyść ubogich.*

[9] Cf. C. Marxii et F. Engelsii *Opera* (Edit. Russ. 1936). T. XVI pars post., p. 409 et 422; N. A. Maszkin: *o. c.* p. 620.

[10] Etiam Eusebius (*Mart. Palaest.* 4) Apphianum quendam refert plurimum temporis Beryti esse commoratum disciplinarum causa, utpote parentibus natum locupletissimis.

carminibus componendis operam dabant, non Horatii metra imitati sunt integra, sed grammaticorum, ut Terentiani, de re metrica praeceptis obstricti, versuum ac metrorum rationem eorum praecipue carminibus suis adhibuerunt poetarum, qui II imperii saeculo floruerant multisque in carminum ac metrorum compositione novatis poetae novelli vocari meruerant[70]. Quibus id potissimum dignum videbatur, quod appeterent, ut novis variisque uterentur metris ac versibus. Unde fit, ut quos Prudentio gratos versus ac numeros apud Horatium frustra quaesiveris, eorum plerosque apud poetas novellos facile invenias: dimetrum iambicum acatalecticum, tetrametrum dactylicum catalecticum in syllabam, tetrametrum trochaicum catalecticum, alios (Castorina, p. 106 sqq.).

Prudentium igitur id sibi summae laudi duxisse, quod carmina componeret polymetra[71], non solum e carminum eius ac versuum varietate, sed ex eo quoque apparet, quod poeta versuum nomina saepius commemorat[72] nec dissimulat se carminum formae ac versibus sanequam multum tribuere, ut quibusdam carminibus poetam videamus etiam id quaesivisse, ut versuum ac metrorum indoles rebus quam maxime apta ac congruens esset[73].

Nam *Hymnum in honorem Emeterii et Chelidonii*, martyrum Calagurritanorum, qui milites fuerant, poeta non inconsulte tetrametro trochaico catalectico composuit, quo versu constat carmina militaria dudum componi solita esse[74], eundemque versum maxime idoneum hymno *Cathem.* IX invenit, quo tamquam carmine triumphali Christi miracula, i. e. gesta insignia (v. 2) ducis sui miles decantat. Nec dubium esse, quin militum carmina utroque hymno imitatus sit Prudentius, etiam e verbis quibusdam cognoscimus, quibus poeta in his carminibus est usus[75].

---

[70] De quibus cf. E. Castorina: *I „poetae novelli“*. Firenze 1949 (de re metr. p. 106 sqq.).

[71] Quod idem tum et Hilarium fecisse observamus et Ausonium et Paulinum Nolanum, apud Graecos autem Gregorium Nazianzenum, Apollinarem, Synesium (ca a. 400).

[72] Cf. *Cathem.* IX 1 sq.: *Da, puer, plectrum, choreis ut canam fidelibus / dulce carmen et melodum — gesta Christi insignia*; *Cathem.* III 26 sqq.: *Sperne, Camena, leves hederas, .../sertaque mystica dactylico/ texere docta liga strophio*; *Perist.* III 208 sqq.: *Ast ego serta choro in medio / texta feram pede dactylico*; *Perist.* VI 160 sqq.: *Fors dignabitur et meis medelam /tormentis dare prosperante Christo / dulces hendecasyllabos revolvens*; *Epilog.* 7 sq.: *Nos citos iambicos / sacramus et rotatiles trochaeos.*

[73] Quod etiam Horatius videtur carminibus consecutus esse quibusdam (ut I 4, II 18, III 12, *Epod.* 13, aliis), quamquam ceteris carminibus varias diversasque tractat res versibus strophisque iisdem adhibitis, ubi in carminum colore ac vi conformanda plus valuisse observamus verborum ac sententiarum dilectum et compositionem quam versuum et metrorum genera rebus accomodata (at cf. St. Skimina: *Harmonia między formą rytm. a treścią w pieśniach Horacjusza*. Archiw. Filol. PAU, Kraków 1946).

[74] Cf. Sueton. *Iul.* 49; 80; *Galb.* 6; Vopisc., *Aurel.* 6,7; 9,7; alios.

[75] *Perist.* I 1: *Scripta sunt... martyrum vocabula* (cf. exercitum scribere, nomen dare); v. 27: (membra) *hostico donare ferro, mortem et hostem vincere*; cf. imprimis v. 31 sqq. et 61 sqq.; *Cathem.* IX v. 2: *gesta Christi insignia*; 83 sq.: *dic tropaeum passionis, dic triumphalem crucem /*

princeps a grammaticis Alexandrinis constitutus neque ulli imitabilis nescio an maiorem quam Homerus litteris Graecis attulerit laudem, siquidem quo difficilior, eo videretur esse sublimior atque honestior.

Sed Romani, qui pro Sophocle et Euripide Ennium, Pacuvium, Accium, alios habuerunt tragicos, pro Menandro Plautum, Caecilium, Terentium comicos, pro Homero Vergilium epicum, pro Alcaeo, Sappho, ceteris lyricis Catullum et Horatium, postremo etiam Pindarum Latinum habere concupiverunt, Augusti quidem principis aetate, cum poetarum Graecorum veterum studia Romae praecipue colebantur. Nec defuisse tum constat, qui Pindari Latini laudem atque nomen appeterent. Ex quibus unum Titium fuisse iuvenem Horatius commemorat epistula ad Iulium Florum ca a. a. U. c. DCCXXXIII conscripta (*Epist.* I 3). At cum de eo agebatur, quisnam potissimum carmen conscriberet, quod ad exemplar Pindarici paeanis aut prosodii compositum ludis saecularibus a virginibus puerisque publice decantaretur, Horatium constat dignum visum esse, cui carmen componendum committeretur.

Sed Pindaro Latino difficillimum fuit diiudicare, quodnam metrorum ac stropharum genus carminibus adhiberet. Etenim iam Graecos commemoravimus[63] a Pindari modis strophasque componendi arte abscessisse et hymnos ac paeanas metris composuisse Glyconeis. Quos Catullus quoque imitatus hymnum in Dianam (*carm.* XXXIV) Glyconeis et Pherecrateis conscripsit versibus. Horatius carmini saeculari Sapphicam non dubitavit adaptare stropham minorem, non quia fidibus Latinis — ut ipsius utamur verbis (*Epist.* I 3, 12 sq.) — Thebanos aptare modos difficilius sibi esse existimaret, sed quod modi illi Thebani Augusti temporibus Romanis alienissimi atque insolentissimi viderentur. Itaque ut carmini saeculari Sapphicam accommodavit stropham, ita aliis quoque Pindarico genere conscriptis carminibus, quibus altiore quidem intonuit sono, strophas adaptavit, quas ipse excoluit: Alcaicam (*Carm.* IV 4 et 14) et Asclepiadeam (*Carm.* IV 5).

Ex his autem carminibus imprimis carmen IV 4 ad nos pertinet, quod epinicii speciem exhibet. Cuius generis carminibus Pindarum Latinum non solum formam adaptare novam, sed etiam novam necesse erat infundere materiam. Etenim ludi illi Olympici, Isthmici, alii, quorum victores Pindarus epiniciis laudaverat, Graecorum fuerunt peculiares atque in deorum honorem celebrabantur, quibus simile nullum Romae fuit institutum, nisi si quis athletas et gladiatores, plebis spectacula, simili modo laudandos fuisse putat. Sed quis tum Romae fuit, qui gladiatores ac servos carminibus publice laudaret, non epigrammatis potius acerbis carperet[64]? Horatius igitur Drusum elegit eiusque res gestas, quas epinicio (*Carm.* IV 4) laudaret, atque in eiusmodi carmina novam induxit materiam, de Romanorum ac militum vita desumptam.

---

[63] Cf. p. 123 et annot. 62.

[64] Ut Lucillius ille I saec., de quo cf. T. Sinko: *Lit. grecka.* III 1. Kraków 1951, p. 272.

la politique active de Sparte, appuyés sans doute par l'immense crédit dont jouissaient les vainqueurs de Platées et de Mycale, eurent le dessus, et c'est sous leur influence que Sparte, bien que dépourvue de forces navales, poursuivit la guerre contre la Perse, remportant de grandes victoires, à savoir Chypre, Byzance. Probablement en même temps, Léotychide avait entrepris une expédition contre la Thessalie qui, à en croire nos sources peu sûres, dura deux ans (478/7)[84]. Mais à ce moment Sparte fut frappée à l'improviste. Athènes avait conçu un projet de grande envergure. La formation de la ligue de Délos, préparée d'une façon subtile, mit à nu la faiblesse de la position spartiate. C'est alors que les forces passives prirent la première fois leur revanche sur Pausanias. Nous ne savons rien de la lutte qui dut mettre aux prises à Sparte les partisans des deux tendances politiques[85]. Le prestige de Pausanias sut encore une fois triompher des obstacles, mais son second départ pour Byzance fut le dernier exploit de la politique active de Sparte, du moins pour quelque temps.

Probablement en 476 Pausanias fut obligé par Cimon de quitter Byzance et à Kolonai, située en Troade[86], il reçut σκυτάλη avec l'ordre de revenir à Sparte. Tout porte à croire qu'en ce temps les Spartiates changèrent leur politique. Les partisans de la politique passive prirent le dessus. Quelles en étaient les causes? Notre réponse à cette question est assez vraisemblable. L'échec de l'expédition de Léotychide en Thessalie n'était pas à même de renforcer le parti actif. Mais il nous semble pourtant que les causes de ce revirement doivent être cherchées premièrement dans la situation du Péloponèse. L'incertitude de la chronologie mise à part, nous sommes autorisés à admettre que le mouvement démocratique qui se développait partout dans le Péloponèse, à Argos, en Arcadie, en Elide, suscita de vives inquiétudes dans certains cercles spartiates[87]. Les éphores, ou du moins la plupart d'entre eux, regardaient avec méfiance, comme au temps de Cléomène, les menées de Pausanias et de Léotychide. Ils savaient très bien que l'accroissement du pouvoir royal, grâce à des succès militaires, visait la position de l'éphorat. On peut deviner, en outre, que les ilotes[88] devenaient dangereux et que, peut-

---

[84] Plut.: *Them.* 20. Quant à la valeur de cette tradition, les uns comme Beloch: *o. c.* p. 148 s. la traitent comme une anecdote, les autres, comme Walker: *o. c.* p. 466 la trouvent bien attestée.

[85] Si l'on rejette l'histoire d'Hétoimaridas citée par Diodore XI 50.

[86] La nature de son séjour à Kolonai reste complètement obscure. On a déjà énoncé beaucoup d'hypothèses à ce sujet. Walker: *o. c.* p. 61 suppose qu'il y a noué des pourparlers avec les Perses. Mais il faut, comme il semble, rejeter l'hypothèse de Duncker: *o. c.* p. 150, d'après laquelle Pausanias s'était formé une principauté perse à Kolonai.

[87] Cf. p. ex. Meyer-Stier: *o. c.* p. 482 ss.

[88] D'après U. Wilamowitz-Moellendorff: *Die Textgeschichte der griechischen Lyriker* (Abh. Kön. Ges. Wiss. Götting. Phil. Hist. Kl. N. F. Bd. 4 N. 3, 1921 p. 101) nous sommes autorisés à admettre, qu'environ en l'an 500 a eu lieu une insurrection des ilotes.

Inusitata quaedam in scaena vestitus mutatio semper, quantum fieri poterat, praenuntiabatur. Quod quidem e Cleostratae verbis (*Cas.* 974), quibus Lysidamum alloquitur, luculenter potest colligi: *Mi vir, unde hoc ornatu advenis?* Ad genas colorandas et vestes theatrales induendas alia quoque accedebant, quibus haec vel illa dramatis persona melius exprimeretur: conf. *Trinum.* 851 sq.:

Pol hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit;
Illurica facies videtur hominis, eo ornatu advenit;

Sagaristionem Persae personam ferentem Toxilus admiratur hoc modo (*Pers.* 462 sq.): *Euge euge! exornatus basilice: Tiara ornatum lepida condecorat schema.* Ignotum puellae emptorem Eutychus describit his verbis: (*Merc.* 638—640):

Ego dicam tibi:
canum, varum, ventriosum, bucculentum, breviculum,
subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum.

Harpax autem eo modo Pseudolum depingit (*Pseud.* 1218 sq.):

rufus quidam ventriosus, crassis suris, subniger,
magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum
magnis pedibus.

De Cappadoce lenone Palinurus servus (*Curc.* 230 sq.) dicit haec:

quis hic est homo
cum conlativo ventre atque oculis herbeis?

Simili modo Libanus copiosissime Saureae habitum describit (*Asin.* 400 sq.). Par est etiam, ut dicamus Mercurium (*Amph.* 143 sq.) signa quaedam, quibus falsus Amphitruo et Sosia, id est Iuppiter et ipse, a veris hoc nomine appellatis heroibus facillime discerni possint, spectatoribus prodere:

Ego has habebo usque hic in petaso pinnulas;
tum meo patri autem torulus inerit aureus
sub petaso.

In eadem fabula Alcumena gravida rotundata quodam modo et referta corporis figura histrionis signata erat, ad quam Sosia ridicule alludit (v. 667): *quia Alcumenam ante aedis stare saturam intellego.* Errorem Sosiae corrigit Amphitruo, cum dicit haec (v. 668): *gravidam ego illanc hic reliqui, quom abeo.* Plautus omnia eius modi theatralia ornamenta in theatro semper in promptu esse significat, conf. *Trinum.* 857 sq.:

Ut ille me exornavit, ita sum ornatus: argentum hoc facit.
ipse ornamenta a chorago haec sumpsit suo periculo

de re tota possit iudicari quoque melius fundamentum huiusce divisionis cognoscatur, placet exscribere eas extremitates secundum hoc schema[36]:

(A)	a	al	an	ans	ar	ars	as	ax
(E)	e	el	en	ens	er		ĕs, ēs	ex
(I)		il	in				is	ix
(O)	o	ol	on		or		os	ox
(V)		ul			ur		us uis	ut ux, duae cons.[37]
		(L)	(N)	(NS)	(R)	(RS)	(S)	(T) (X)

Quid igitur de hoc schemate dicendum est? Grammaticus vocalium alphabeticum ordinem (a, e, i, o, u) pro fundamento posuit, sed ita, ut etiam consonantes secundum eundem ordinem collocarentur. Etenim si illa „a“ „al“ „an“ „ans“ „ar“ „ars“ „as“ „ax“ respexeris, non te fugiet illud „a“ esse fundamentum, quo omnes huius ordinis nitantur extremitates ita positae, ut illud „a“ primum teneat locum, subsequantur autem extremitates desinentes in consonas — praecedente illo „a“ — secundum alphabeticum ordinem digestae; idem dicendum est de illis „e“ „el“ „en“ etc., „il“ „in“ „is“ etc. Quo fit, ut intra singulas vocales persimiles procedant extremitatum series. Disertis admonendum est verbis nullum esse factum discrimen inter semovicales et mutas: etsi enim muta non plus quam semel apparet — illud „ut“ dico[38] — tamen velim teneas eam extremitatem medium obtinere locum inter illa „us“ („uis“) et „ux“. Quis dubitet, quin id eam ob rem sit factum, quod consona „t“ in alphabetico ordine medium obtineret locum inter consonas „s“ et „x“? Itaque non ambigitur, quin solius alphabeti cura sit habita.

Sed quid hoc schema cum Varroniano schemate commune habere videtur? Désideratur in illa serie vocalis „u“, sed hoc nihil ad rem, cum in illud „u“ sola quartae declinationis nomina exeunt, quam declinationem separatim esse tractatam dixi; desideratur etiam illud „i“ finale, in quod tam pauca desinunt nomina[39], ut facile omitti potuerint; neque magis commovemur illo „m“ finali omisso, cum ea extremitas secundae sit declinationis, de qua grammaticus supra verba fecit. Sed etsi Remmius Palaemon in extremitatum serie trac-

---

[36] Quem ad modum Jeepium (*o. c.* p. 170) secutus id exscripsi, cum ante quattuor fere lustra de Phocae grammatici fontibus agerem (*Quaestionum de Phoca grammatico specimen*, Eos XXXVII 1936, p. 4).

[37] Illa „ans“ „ars“ „eus“ „uis“ iustum ordinem videntur turbare; at velim scias eas extremitates desiderari in *Excerptis Bobiensibus* (G.L.K. I 540, 27), quam ob rem extremitatum ordines magis perspicui facti sunt (conf. Jeep: *o. c.* p. 170 adn. 1).

[38] In *Excerptis Bobiensibus* illud „ut“ nescio quam ob rem prorsus desideratur.

[39] Alio loco — capite scilicet I 15 — cum p. 62,28—63,7 (= 78,8—30 B.) Charisius de illo „i“ finali diceret, haec fere fecit verba: *masculina in i litteram nulla veniunt Latina*; *neutrale unum venit, nihili*; *et commune trium generum unum invenies, hic et haec et hoc frugi... quibusdam placet frugi et nihili figura proferri nec in declinationem flecti. Gummi et sinapi Graeca sunt* etc.

Il est bien connu que c'est à Byzance qu'a été conçue la ligue de Délos. On cite, en s'appuyant sur Thucydide[40], Diodore[41], et avant tout Plutarque[42], une longue liste des méfaits, attribués à Pausanias, lesquels ont induit les alliés à se dérober à l'hégémonie spartiate pour chercher à Athènes leur nouveau hégémon. Afin d'apprécier le degré de responsabilité de Pausanias dans cette affaire, il suffit de citer l'issue du procès qui fut tenté contre lui après son retour à Sparte. A en croire Thucydide[43], les délégués des alliés accusèrent Pausanias de trahison, mais sa conduite était à un tel point irréprochable qu'il fut absout. Si nous nous rendons compte de l'attitude de l'éphorat envers la royauté, sans doute loin d'être favorable, cette sentence a une valeur décisive et l'examen attentif des méfaits, attribués à Pausanias, ne suffit pas pour nous convaincre de sa culpabilité. Les éphores ont évidemment jugé la conduite de Pausanias conforme à leur notion de l'ordre militaire, régnant à Sparte. En un mot, ni l'une, ni l'autre accusation n'était fondée et ce qui était blanc pour les éphores, l'était assurément aussi pour les Athéniens et les alliés.

Quel était donc le but de ce complot, bien tramé et adroitement exécuté? La personne de Pausanias et sa présence à Byzance en qualité de commandant en chef de l'expédition panhellénique était un obstacle sérieux pour les projets des Athéniens. Il fallait, coûte que coûte, l'éloigner de Byzance et ainsi mettre Sparte devant le fait accompli. C'est pourquoi les Athéniens ont avancé de fausses accusations et, avec la complicité des alliés qu'ils mirent au premier plan, ils ont tendu un piège dans lequel les Spartiates sont tombés. Pour appuyer cet essai de reconstruction des événements, il suffit de citer l'affaire de Dorcis qui, envoyé avec ses compagnons à la place de Pausanias, trouva la situation tellement changée qu'il dut être révoqué à Sparte. De cette manière le rôle de Pausanias dans l'affaire de Byzance semble avoir été assez modeste. A vrai dire, les informations d'Hérodote[44] auraient dû nous orienter dans cette direction.

Pausanias, le „bouc émissaire" proverbial, n'était pas sans fautes ce que souligne du reste Thucydide[45]. Pourtant, il y a une différence entre les délits et les fautes. Grâce à une phrase de Thucydide nous pouvons nous figurer quelles étaient ces fautes (I 95): καὶ ἄλλους οὐκέτι ὕστερον ἐξέπεμψαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, φοβούμενοι μὴ σφίσιν οἱ ἐξιόντες χείρους γίγνωνται. Nous nous trouvons ici devant un τόπος, familier à tous les écrivains antiques qui s'occu-

---

[40] I 130; 132.

[41] XI 44.

[42] *Arist.* 23; *Cim.* 6.

[43] I 95, 5.

[44] VIII 3; Aristote: *Ath. Pol.* 23, 4. L'invraisemblance d'une telle situation, qu'un homme pourrait jouer un si grand rôle dans cette affaire, donnait déjà à réfléchir à Landwehr: *o. c.* p. 499.

[45] I 95, 5.

IOACHIMI BILSCII
CARMEN Q. I. PROTEUS DE CLADE GEDANENSIUM

Edidit

THADDAEUS BIEŃKOWSKI

Ioachimum Bilscium praeter scripta historica carmina quoque Latina et Polonica composuisse iam dudum inter viros doctos constat. Etiam de eius indole poetica rationeque, qua in carminibus pangendis usus sit, qui vitae et scriptis Bilscii pervestigandis operam navabant haud parum disseruerunt. E quibus in memoriam revocare placet Ioannem Ossoliński (*Wiadomości historyczno-krytyczne do dziejów literatury polskiej*. Kraków 1819, I, p. 436—464), Franciscum Sobieszczański (*Joachima Bielskiego dalszy ciąg Kroniki polskiej*. Warszawa 1851, p. LXVIII sqq.), Ladislaum Nehring (*O historykach polskich XVI wieku*. Poznań 1860, II, p. 10, 17—18), Casimirum Breitmeier, qui in peculiari dissertatione (*Joachim Bielski*. Jasło 1927) vitam et scripta nostri poetae exposuit, Henricum denique Barycz (*Joachim Bielski*, Polski słownik biograficzny. Kraków 1936, II, p. 61—64). Quamquam tamen ab a. 1819[1] ne unus quidem exstitit vir doctus, cui *Proteus* ignotus esset, ad nostra usque tempora carmen illud non est prelis impressum. Itaque cum luce clarius fuerit exstare in bibliotheca Iagellonica Cracoviensi librum manu scriptum, quo Ioachimi Bilscii carmen ignotum continetur, est cur miremur, quod nemo inventus est, qui carmen hoc adhuc desideratum publici iuris faceret. Nimirum saepe eius summaria apud varios scriptores leguntur, brevissima tamen et parum perspicua. Operae igitur pretium esse puto Bilscianae Musae fetum in lucem proferre atque omnia, quae ad carmen pertinere videantur, enarrare.

Ut igitur pauca praemittamus, Ioachimus Bilscius (ca 1550—1599) rerum gestarum scriptor iam adulescens poemata scribere coepit. Quonam tempore ad carmina pangenda accesserit, nescimus; primitiae enim eius Musae caligine sunt coopertae usque ad annum 1576, quo anno typis mandavit *Istulae convivium in nuptiis Stephani I regis*, Crac. ap. Scharfenberg in 4-o. Carmen hoc certe non primum fuisse docent ea quae ipse poeta scripsit in libello q. i. *Satyra in quendam Dantiscanum, qui levibus ac ineptis suis quibusdam Germanicis rhytmis multa nefaria de Rege et Regno Poloniae scribere et per Germaniam spargere ubique impudenter ausus est anno 1577*[2].

---

[1] Notitiam eius rei debemus Ioanni Ossoliński, qui primus invenit *Proteum* in codice Cracoviensi, cf. *o. c.* p. 454.

[2] S. Hoppe et G. Groddeck in praefatione *Historiae* Dlugosii ed. Lipsiensis 1711, p. 42 praemissa suspicantur Bilscium *Satyram* conscripsisse in quendam ignotum Germanum, famosi libelli de bello Gedanensium cum rege Poloniae auctorem, qui libellus impressus est ca a. 1577.

imperatoris domini patris nostri uenerabilium doctorum nos turba docuerat de natura mundi, fluxu corporum, animarum creacione, eternitate ac perfeccione ipsarum, de infirmitate materiarum firmitateque formarum, que naufragium uel defectum sue materie non secuntur, fixa mente gerentes, de nostra dissolucione non intantum, ut ipsorum habebat opinio, dolebamus, quamuis de nostre perfeccionis premio possidendo non nostris inniteremur iusticie meritis, set soli misericordie creatoris.

Inter que nobis occurrit liber Aristotilis, principis philosophorum, qui De pomo dicitur, ab eo editus in exitu uite sue, in quo probat sapientes de hospicii lutei exitu non dolere, set gaudentes ad perfeccionis premium currere, pro quo summis laboribus studiorum, onera seculi penitus fugientes, tempus et uitam expendere minime pepercerunt. Quibus astantibus diximus, ut eum librum legerent, quia ibi colligerent nos nimium de huiusmodi transitu non mereri. Quem librum, cum non inueniretur inter Christianos, quoniam eum in Hebraico legimus translatum de Arabico in Hebreum, sanitate rehabita ad erudicionem multorum de Hebrea lingua transtulimus in Latinam; in quo a compilatore quedam recitabilia inseruntur. Nam dictum librum Aristotiles non notauit, sed notatus ab aliis extitit, qui causam hylaritatis sue mortis discere uoluerunt, sicut in libri serie continetur.

⟨DE POMO⟩

Cum clausa esset uia ueritatis sapientibus et inpedita uia rectitudinis intellectuum, conuenerunt sapientes in una domo et concordes estimauerunt declarare et intelligere uiam rectitudinis, per quam homines

---

44 patris nostri *inv. E* nostri: -is *ABs* doctorum: dictorum *B* turba *om.* E_1 docuerat: doctrinat E_1 45 natura: naturali *D* 46 ac: et *s* 47 formarum: firmarum *s* secuntur: sequuntur *y*: sequentur *z* 48 non: nominis E_2 49 habebat: herebat *s*: *equidem malim* ferebat 50 inniteremur: inmitteremur *E* iusticie+set E_2 soli: solu *D* misericordie: minime E_1: venie *s*: nunc *D* 52 liber: uerbum *A* 53 uite sue *inv. A* 54 dolere: dolore *B*: delere *y* (*idem habuit* E_2, *sed corr. in* dolere) 55 studiorum+cum E_2 onera+et *y* 56 tempus: temptis E_2 57 quia: qui *x* ibi: ipsi *B* 58 nimium *scripsi*: uicium *ABCDEsxyz*: in nīo *H*: in tantum *LM* mereri: metuere *s* 59 translatum: translatatum *ABs* 60 Arabico: -ce *A* multorum+et *x* 61 compilatore: pilatore *C* 62 recitabilia: receptabilia E_1: reciptabilia E_2 inseruntur: miseruntur *Cs* notauit: uocauit AE_1y: reuocauit E_2 63 notatus: uocatus *AEy* extitit: excitat *C* hylaritatis: hillaritas *A* 64 uoluerunt: noluerunt *C* continetur: contineto *B*: *post hanc vocem desinit s*. Finito prologo incipit liber de morte Aristotilis *ACD* ⟨De pomo⟩ *supplevi ex 53* 65 sapientibus+uel sapientum *y*: sapientumque *z* et *om. B* inpedita: impedit E_1 66 intellectuum+uel intelligentium *y*

---

59 sq. translatum de Arabico in Hebreum: *versionem dicit ab Abraham Halevi Barcinone annis fere 1235—1240 confectam, cf. supra p. 191.*

docui[55]. Et reapse illud videas velim, quo ordine hic et illic nominum extremitates deinceps se excipiant, quam rem optime enucleabimus, si iterum extremitatum ordines schemate adiecto proposuerimus, quem ad modum tunc fecimus[56]:

L. VI		a	e	i	o	u	c	d t
	(L)	al	el	il	ol	ul		
	(M)	am		im		um		
	(N)	an	en	in	on		yn	
	(R)	ar	er	ir	or	ur		
	(S)	as	es	is	os	us	ys	
			aes			aus		
			eus					
	(X)	x, bs, ms, ps, ns, rs, ls.						

L. V (1—45)		a	e	i	o	u	c	d
	(L)	al	el	il	ol	ul		
	(M)	am		im		um		
	(N)		en					
	(R)	ar	er	ir	or	ur		
	(S)	as	es	is	os	us		
	(X)	ax	ex	ix	ox		yx	t, duae consonae
						aus		
			aes					

Sic se res habet, ut extremitates hic et illic eodem paene ordine deinceps se excipere videantur, re vera autem discrimina eaque gravia intercedant. Quod in libro VI extremitates „an“ „in“ „on“ „yn“ „ys“ tractantur, in libro V non item, quod in libro VI de nominibus in illud „x“ exeuntibus in universum sermo est nullumque fere discrimen inter illa „ax“ „ex“ „ix“ e. q. s. factum est, non multum curo: possis enim in eam venire suspicionem ea discrimina excusari posse grammatici consilio alia hic, alia illic uberius tractandi. Illud maioris est momenti, quod extremitatibus „aus“ et „aes“ in libro V agmen novissimum efficitur, cum in libro VI eae extremitates narrationem de illo „x“ finali et de nominibus in duas consonas exeuntibus antecedant. Sed ut plane liqueat, quid sit, quo hi libri inter se potissimum differant, reputes tecum, quo fundamento utriusque libri nitantur ordines. Etenim si percenses ordinem extremitatum „al“ „el“ „il“ „ol“ „ul“, habes extremitates in illud „l“ desinentes, si percenses ordinem „am“ „im“ „um“, habes illud „m“ finale et quae

[55] Conf. Strzelecki *Quaest. de Phoca*, p. 7 sq.
[56] P. 7.

palliolum habeas ferrugineum (nam is colos thalassicust),
id conexum in umero laevo, exfafillato bracchio,
praecinctus aliqui: adsimulato quasi gubernator sies.

Naufragis mulieribus, quae in *Rudente* Plautina prodeunt, vestes certe dilaniatae et madidae sunt, quod e Palaestrae verbis comperimus (*Rud.* 187):

Nescioquoii hoc deo conplacitumst me hoc ornatu ornatam
in incertas regiones timidam eiectam?

et (*Rud.* 251):

Sicine hic cum uvida veste grassabimur?

et *ibid.* 264 sq.:

Puellae, sed unde
vos ire cum uvida veste dicam, obsecro,
tam maestiter vestitas?

Similis habitus fuit lenonis et Charmidis, quem ipsorum dicta (*Rud.* 523 sq. 527 sq. et 573 sq.) declarant. Hanno Poenus, *Poenuli* Plauti persona, mirabili quodam modo, ut videtur, vestitus erat, nam Milphio eum his verbis deridet (*Poen.* 975):

Sed quae illaec avis est, quae huc quom tunicis advenit?
Numnam in balineis circumductust palio?

Etiam Hannonis servi ob insolitum habitum admirationem movent (*Poen.* 978):

Servos quidem edepol veteres antiquosque habet.

De eodem Hannone legimus porro haec (*Poen.* 1298):

Quis hic homost cum tunicis longis, quasi puer cauponius?

Nonnumquam accidit, ut vestes in eadem scaena mutarentur — conf. *Mil. glor.* 1195: *Abi cito atque orna te.* Similiter Mercurius Plauti *Amph.* 1007 dicit: *Ibo intro, ornatum capiam quo pitis decet,* conf. Plaut. *Pers.* 154—156:

...cape
tunicam atque zonam et chlamydem adferto et causiam,
quam ille habeat, qui hanc lenoni huic vendat.

In *Poenulo* Collabiscus barbari personam induens chlamyde se vestivit (v. 620), quae ei postea non erat necessaria; itaque Agorastocles v. 801 ad eum dicit: *Abscedas: sumas ornatum tuom.* Pardalisca (*Cas.* 767 sq.) de Olympione vilico dicit haec:

Vilicus is autem cum corona, candide
vestitus, lautus exornatusque ambulat.




Fig. 1. Cod. Cracoviensis Bibl. Univ. Iagell. 507, fol. 161r.



Fig. 2. Cod. Parisinus Bibl. Nat. 16088, fol. 185v.

Quicumque Aristotelem illum (fig. 1) delineavit, ita egit, quasi obversaretur suo animo memoria illorum versuum Gualteri de Castelione in *Alexandreide*, lib. I vv. 59 sqq.:

forte macer pallens incompto crine magister —
nec facies studio male respondebat — apertis
exierat thalamis, ubi nuper pectore toto
perfecto logices pugiles armarat elenchos.
o quam difficile est studium non promere vultu!
livida nocturnam sapibant ora lucernam,
nulla repellebat a pelle parethesis ossa,
seque maritabat tenui discrimine pellis
ossibus in vultu, partesque effusa per omnes
articulos manuum macies ieiuna premebat.

Ceteras medii aevi opiniones de Aristotelis facie figura habitu habes egregie collectas apud Hertz: *o. c.* p. 24—26.

fabulae actione commoveret. Qua re poeta noster usu scaenico Ciceronis (*de orat.* III 223) placita, ut mihi quidem videtur, quodam modo antecessit: *Qua re in hac nostra actione secundum vocem vultus valet, is autem oculis gubernatur. Atque in eis omnibus, quae sunt actionis, inest quaedam vis a natura data. Qua re etiam hac imperiti, hac vulgus, hac denique barbari maxime commoventur. Verba enim neminem movent nisi eum, qui eiusdem linguae societate coniunctus est; sententiaeque saepe acutae non acutorum hominum sensus praetervolant, actio, quae prae se motum animi fert, omnes movet.*

Nunc disputandum est nobis, quibus modis vultus singularum in comoedia personarum denotari soleat. In Plautinis fabulis de pallore tantum personae cuiusdam vel rubore mentiones occurrunt, confer Plauti *Merc.* v. 373, quo loco Demipho Charinum alloquitur: *Ergo edepol palles*, et *Truc.* v. 290 sq.:

...Bucculas tam belle purporissatas habes.
Erubui mecastor misera propter clamorem tuom.

In eadem comoedia Truculentus etiam feminae pulchritudinis arcana prodit, cum dicit (294):

Buccas rubrica, creta omne corpus intinxti tibi...

De pallore dictum est etiam *ibid.* 576: *pallidast, ut peperit puerum.* De rubore autem legimus Plaut. *Rud.* 313 sq.:

ecquem adulescentem huc, dum hic astatis, expedite,
vidistis ire strenua facie, rubicundum, fortem...

Praeterea aliis quoque modis singulae Plautinarum comoediarum personae descriptae ac notatae sunt, ut *Pseud.* 967: *Heus tu, qui cum hirquina barba stas.*

Trachalio (*Rud.* 316 sq.) hoc modo lenonem describit:

ecquem
recaluom ac silonem senem, statutum ventriosum,
tortis superciliis, contracta fronte...

Senex *Bacch.* 1101 de se ipso dicit haec: *cano capite atque alba barba miserum me*, Milphio autem (*Poen.* 1113) de nutrice:

specie venusta, crine atque oculis pernigris.

Illud etiam velim admonere militem (*Mil. glor.* 767) una tantum voce aptissime notatum esse, et quidem hac: *miles caesariatus.* Stratippocles denique (*Epid.* 609) insignem Epidici vultum cum animadvertisset, exclamavit: *quid illuc est quod illi caperrat frons severitudine?*

Eiusdem personae vultus in eodem actu saepius mutabatur; actor autem, qui immutata facie iterum in scaenam prodire debuit, plerumque per longius

peris ac pecuniae inopia subrutis provincias suis fructibus, suis potissimum necesse erat sibi sufficere fabrorum operibus[37].

His rerum mutationibus etiam Hispania, Prudentii patria — nam poeta cum tribus praecipue coniunctus erat Hispaniae urbibus: Calagurri, Caesaraugusta, Tarracone — videtur esse vexata, quamquam propter divitias, quae etiam tum summopere laudabantur[38], minora passa incommoda quam ceterae provinciae.

Prosperioribus igitur terrae divitis condicionibus etiam studia humaniora in Hispania colebantur, adeo ut *Descriptionis orbis terrae* auctor — qui et ipse saeculo IV videtur opus suum conscripsisse[39] — Hispaniam „divitem viris doctis", perinde ut fuit, appellare non dubitaret. Nam multos Hispania oriundos fuisse et viros doctos et scriptores Latinos[40], quin etiam imperatores quosdam[41] omnes scimus. Sed et IV saeculo Hispania similiter atque Gallia grammaticis et rhetoribus non caruit, apud quos cives quam vellent ac pro rei familiaris facultatibus possent litterarum sibi et rerum scientiam pararent. Quam ob rem et hoc quoque et proximo saeculo plures in ea provincia exstiterunt scriptores Latini: Iuvencus, Priscillianus, Prudentius, Orosius, Hydatius, Merobaudes, alii.

In patria igitur Prudentius grammaticae et rhetoricae studiosus liberalibus institutus est artibus atque educatus. Quae educatio cum praecipue divi-

[37] Cf. N. A. Maszkin: *Hist. starož. Rzymu.* Warszawa 1950, p. 685 sqq.

[38] E multis Hispaniae laudationibus, quas scriptores antiqui inde a Polybio usque ad Isidorum Hispalensem composuerunt, eas huc afferri placet, quae Prudentii temporibus proximae sunt conscriptae: *Paneg. Theodos. Aug.* 4: *terris omnibus terra felicior... culta incultaque omnia vel fructibus plena vel gregibus*; *adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum...*; Solin. *Collect. rer. mem.*, ed. Mommsen, Berlin 1895, p. 115: *terrarum plaga comparanda optimis, nulli posthabenda frugis et soli copia, sive vinearum proventus respicere sive arborarios velis*; *omni materia adfluit... argentum vel aurum requiras, habet*; *ferrariis numquam defecit, non cedit vitibus, vincit olea, ...non coquunt ibi sales, sed effodiunt. Depurgant in minium nitellas pulveris, fucant vellera...*; Claudian. *Laus Serenae* (ed. J. Koch, p. 240 sq.) v. 54: *Hispania ...dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis*; *Descriptio orbis terrae* (cf. annotat. 39) 490: *Spania terra lata et maxima et dives viris doctis (et habundans) in omnibus negotiis... oleum enim et liquamen et vestem variam et lardum et iumenta mittens, omni mundo sufficiens, omnia bona possidens, et praecipua in omnibus bonis*; Mart. Cap. VI 627 (202 G): *(Hispaniae) fertili frugum, ...metallorum aurique fetura, minii, marmoris gemmarumque muneribus praedicanda* (cf. etiam Pomp. Mela: *De chorogr.* II 86; Plin. *N. H.* XXXVII 203; Sil. Ital. *Pun. I* 222 sq.; Martial. *Epigramm.* I 49; Iustin. XLIV 1; RE vol. VIII 2, col. 2040).

[39] Cf. Th. Sinko: *Die Descriptio orbis terrae, eine Handelsgeographie aus dem IV Jahrhundert* (Arch. f. lat. Lex. XIII. Leipzig 1905, p. 531 sqq.). Quod opus constat etiam *Expositionem totius mundi et gentium* medii aevi more inscribi solere (ut in editione G. Lumbrosi, Romae 1903).

[40] Hyginum virum doctissimum, Senecam maiorem et Gallionem et M. Porcium Latronem rhetores, Senecam philosophum, Lucanum poetam, Quintilianum, Columellam, Pomponium Melam, Canium Rufum poetam, Decianum stoicum, Licinianum oratorem, Maternum iuris peritum, Martialem poetam, alios (cf. Martial. *Epigramm.* I 61,7 sqq.).

[41] Galbam, Traianum, Hadrianum, Maximum (384—388), Theodosium.

in pause and a pleasing taking in of breath, very necessary with the serious and often tragic atmosphere of the play.

That particular Greek play probably drew forth and fixed Plautus' attention by its extraordinary contents. Plautus stresses the fact at the beginning and at the end of the play. This is not a love drama but a drama of devotion and sacrifice. But, all the same, such a play calls for being adapted to the requirements of Plautus' public. To reach that end Plautus removed from his play the part of Hegio's brother; he reduced Stalagmus' part to the final scenes of his comedy and extended Ergasilus' part to exaggerated dimensions. Thus was the original action completely destroyed.

I would imagine it to be as follows: The words of prologue, spoken by some god or some supernatural power, bring in the information necessary for the final recognition between father and son. In the Greek prologue there were probably no hints whatever about referring to the plot of the captives. Its preparation belongs to the exposition scenes. The disguise of the captives must of course have occurred after the circumstances have been sketched. One of the chief rules observed by Plautus, when remodelling the play is the rule of the spectacular aspect. This is probably why he often loses sight of the psychological element.

It is difficult to tell whether Hegio's monologue or his dialogue opened the Greek play. It seems certain, any way, that Hegio's brother would play an important part at that particular moment of the action. The above mentioned passages (p. 164) point to his profession being that of a businessman. As such, he could be of great help to his brother, when the latter was searching for his son taken prisoner.

I feel inclined to assume that the mentioning of the trouble with the prisoners was not devoid of sense in the original. I would connect it with the plan of the captives to escape from their prison. Though this plan of flight fell through it became the cause of many complications which further led to the recognition of father and son. The captives went into Hegio's hand. Meanwhile they must have exchanged their dress of which fact the audience must have been informed.

After Pseudo-Tyndarus has been sent to Philocrates' father, there follows the unmasking of Pseudo-Philocrates. Whether in the original that fact was manoeuvred by Hegio himself is doubtful. In Plautus' play Hegio introduces Aristophontes on the stage and the latter, in adressing Hegio, points out to the fact of his being deceived. Hegio, too, takes him away from the stage. The action needs here some character who would have a greater influence on the development of the action.

I would be inclined to venture to introduce Stalagmus at this point of the action. His belated appearance, in Plautus, together with Hegio's son and Philocrates is against all the rules of drama. Some of Stalagmus' remarks even

bus studebat Gedanum portum, nimis Polonis necessarium, rursus in potestatem suam accipere eoque modo et seditionem sibi perniciosam exstinguere et oram maritimam ab omnibus hostibus, imprimis vero a rege Daniae, munire. Die XVII Aprilis a. 1577 parva manus militum Polonorum duce Ioanne Zborowski circa oppidum Tczew, prope lacum Lubeschaviensem, cum Gedanensibus signa contulit et sine magna suorum iactura hostes fere omnes fudit.

Monendum hic esse puto Protei i. e. vatis marini nomen, quod in titulo nostri carminis legitur, in Polonia saec. XVI similem vim habuisse ac vocem „inconstans“ vel „varius et mutabilis“, i. e. homo insolida mente instructus, referri autem solitam esse saepe ad protestantes. Ignotus auctor celeberrimi illius poematis lingua Polona scripti, q. i. *Proteus albo Odmieniec*, hoc nomen pro titulo sui operis posuit, sequente quoque alio auctore ignoti nominis, qui carmen suum *Proteusz y Tyrezjasz Polski* intitulavit (ed. sine loco a. 1592 in 4-o).

His praemissis restat ut videamus, quid nobis poeta in carmine ostenderit. Describitur in *Proteo* vaticinium de futura clade Gedanensium ita, ut senis marini verba, quibus proelium atque clades futurae praedicuntur, sine dubio veram rerum imaginem praebeant. Habemus enim videlicet vaticinium ex eventu quod dicitur. Quamquam Bilscius multa ex officina poetarum et rhetorum in usum suum vertit et imaginem proelii prope lacum Lubeschaviensem commissi potius poeticam finxit, tamen in descriptione sua non multum a vero recedere videtur. Iam quaeritur, quaenam res carmine hoc agatur. Sole iam declinante, subito Proteus e mari emergit atque cladem magnam Gedanensibus vaticinatur propter eorum superbiam. Minatur vates, nisi Gedanenses suum facinus doleant, exercitum regium castra eorum oppugnaturum et magnam stragem editurum (v. 31—52), hostes fugae se mandaturos atque cadaveribus fossas et campos completuros (v. 52—60), matres coniugesque caesorum fleturas et post annos aratorem albentia ossa Gedanensium reperturum (60—72). Talem igitur descriptionem carmen complectitur, in qua poeta factum memorabile in poeticam formam vaticinii a Proteo prolati redegit, atque ipsius proelii et Gedanensium cladis imaginem uberiorem ornatioremque reddidit. Non enim is fuit noster Bilscius, qui ingenio careret eamque ob rem rudem tantum descriptionem victoriae proferret; etiam in carmine componendo magnopere studuit lectores delectare animosque eorum mulcere.

Reliquum est, ut de antiquis Bilscii carminis exemplaribus pauca subiungantur. Ac primum quidem notandum est poetam nostrum totum carmen in modum Horatii composuisse atque vatis Venusini carminis I 15 exemplar ad imitandum sibi proposuisse.

Nerei Horatiani de excidio Troiae vaticinium mutatur in Protei vaticinium de futura clade Gedanensium. Toto itaque carminis habitu Bilscius ad Horatium sese accommodavit, ita tamen, ut argumento potius ad poetae Romani modum conformato exemplar eius imitaretur, non ut singulos versus et locutiones ad verbum iteraret. Sententias et singulas phrases Horatii potius

sibi Scripturam sanctam satis esse ad beatitudinem obtinendam crediderunt, gentilium doctrina et litteris omnique hominum sapientia contemptis[11].

Ceterum si qui apud Christianos fuerunt, qui philosophiae studerent philosophorumque praecepta et disputandi atque argumentandi rationem in religionis Christianae usum verterent — qui quidem apud Graecos sane antiqui exstiterunt, ut Clemens Alexandrinus, ut Origenes, alii — non rhetoricam tamen artem dicendive genus ornatius aut quidquam voluptatis gratia in iis, quae scriberent, imprimis sibi appetendum esse senserunt[12], immo id praecipue quaesiverunt, ut Christianorum doctrinam prospere defenderent, Scripturae libros dilucide explicarent, scriptis suis docendi potissimum et convincendi, non delectandi vim praeberent[13].

Nec aliter atque in Oriente res se in Occidente habuit, ubi inter Christianorum viros doctos et scriptores Latinos etiam IV et V saeculo non defuerunt, qui rerum humanarum litterarumque studia profana Christianis non vana, sed nocitura censerent[14]; quamquam Tertullianus, fidei Christianae confessor ille doctorque severissimus, iuvenes Christianos necesse esse putaverat studiis humanioribus erudiri, cum tamen non aliter id fieri posse videret nisi apud grammaticos et rhetores profanos[15].

Exeunte quidem tertio saeculo quartoque ineunte Arnobius, dum Christianos contra adversariorum obiectiones defendit, multos iam inter Christianos scripsit esse magnis ingeniis praeditos oratores, grammaticos, rhetores, iuris peritos, medicos, philosophos[16]. Verumtamen ne tum quidem studia

---

[11] Satis praeterea constat in civitatibus antiquis atque imprimis Romae, quaecumque publice agerentur, cum deorum cultu rituque et cum sacrificiis esse coniuncta. Quae cum Christiani penitus repudiarent, etiam divites illos, saecularibus studiis eruditos, qui ad Christianorum doctrinam et religionem ac societatem sese applicavissent, necesse erat a re publica, quantum fieri posset, procul esse communemque sequi fidelium de rebus humanis opinionem. Gnosticorum vero consilia, qui et vitae cultioris rationem appetebant nec litterarum studia despiciebant, ab orthodoxis abiecta sunt atque ad irritum redacta.

[12] Quamquam apud utrumque, quos nominavimus, Clementem et Origenem, stili cultioris artisque certa quaedam vestigia deprehendi observatum est (cf. H. Lietzmann: *Christl. Lit.*, Einl. in die Altertumswiss. T. I fasc. 5. Leipzig—Berlin 1923, p. 7 sq.; H. Fuchs: *Bildung*, Reallex. f. Antike u. Christentum. T. II, p. 357).

[13] Quod vel ex iis apparet, quae Christianis ab adversariis obiciebantur, et alia quaedam, et eloquentiae artem ab iis neglegi. Nam et Aelius Aristides invectiva illa in Graecorum detrectatores composita (*or.* 46) etiam Christianos videtur respexisse, et Celsus (III 55) eosdem animadvertit nulla esse educatione nulloque vitae elegantioris sapore (cf. P. de Labriolle: *La réaction païenne.* Paris 1934, p. 80 sq., 123 sq.).

[14] Cf. H. Fuchs: *Bildung*, ut s., p. 357 sq. — Hoc quidem sensisse et Hieronymus videtur et Augustinus, qui scriptores summam dabant operam, ut auctorum antiquorum doctrinas ac libros ad Christianorum disciplinam accommodarent suaque Christianis opera pro Varronibus, Ciceronibus, aliis praeberent, sicut Maronibus et Flaccis sua opponere carmina et Paulinus voluit Nolanus et Prudentius.

[15] Tertull. *De idol.* 10 (cf. G. Boissier: *o. c.* T. I, p. 200 sq.).

[16] *Adv. nat.* II 5.

He. *Quid tu ais? tenaxne pater est eius?* Ph. *Immo edepol pertenax:*
Quin etiam, ut magis noscas, Genio suo ubi quando sacruficat,
Ad rem divinam quibus est opus Samiis vasis utitur,
Ne ipse Genius surrupiat: proinde aliis ut credat vide.

The evidence used by the captives to convince Hegio about the understanding with Philocrates' father being easy to reach is rather unaccountable. But we had better not ask of Plautus for logic. There are many passages in his play which lack that correct chain of reasoning. Because of its lack we could not find any necessity for the captives' disguise. And we are now surprised why Philocrates and not Tyndarus has to undertake the journey to his father, the more so as he has to be back possibly soon. Would it not have been more convenient for him to have remained at Hegio's waiting till his slave came back?

I suppose that in the original Tyndarus' noble generosity towards his young master must have been more judicious than it is here. His proposal to replace his master was the result of some circumstances which were dropped by Plautus. They were perhaps connected with Philocrates' father. They must have been the main cause of their plan of escaping as well as the motivation of their disguise and of acting their mutual parts.

I cannot trace back how Hegio could happen to be deceived by the captives in the original. The fact is, doubtless, that the sequence of events in Plautus is not much like the succession of scenes in the original. It does not seem plausible that Hegio should have first sent Pseudo-Tyndarus with the intelligence to Philocrates' father and then should have seek for someone who could establish the identity of the prisoner who was staying with him vv. 456 ff.:

Servate istum sultis intus, servi, ne quoquam pedem
Ecferat sine custod⟨ela, iam⟩ego apparebo domi;
Ad fratrem modo ⟨ad⟩ captivos alios inviso meos.
Eadem percontabor, ecquis hunc adulescentem noverit.

There are many points out of harmony with the action. Hegio's monologue shows once more the lack of purpose of the situation at the moment when Hegio was talking with the friend of Philocrates vv. 508 ff.:

E⟨g⟩o protinus ad fratrem inde abii, mei ubi sunt alii captivi:
Rogo Philocratem ex Alide ecquis hominum norit.
Tandem hic exclamat eum sibi esse sodalem.
Dico eum esse apud me hic.
Extemplo orat obsecratque, eum sibi ut liceat videre.

If Pseudo-Tyndarus is on his journey to Philocrates' father why should Hegio seek to converse with the other prisoners. How easily he yields to Ari-

illa „c“ et „d“ autem semivocalium praemisit seriei, ut iustus alphabeticus ordo servaretur; quo quidem schemate nititur V Prisciani liber. At longe aliud schema exhibet VI Prisciani liber, cuius auctor grammaticus schema modo memoratum transfiguravit, quo facto nactus est ordinem, in quo Varroniani ordinis vestigia prorsus obscurata sunt: nam vocales non semivocalibus, sed mutarum excipiuntur serie. Quae cum ita sint, apud unumquemque fere grammaticum de litteris terminalibus agentem praeter Prisciani librum VI quaedam Varroniani schematis cernuntur vestigia, quae quo magis a Varronis distant tempore, eo minus sunt perspicua. Sed est, quod addam etiam VI Prisciani librum originem duxisse ex aucto illo Varroniano schemate, ita tamen immutato, ut pristini schematis prorsus evanescerent vestigia.

Wratislaviae

et *Pers.* 159—160:

πόθεν *ornamenta? abs chorago sumito.*
dare debet: praebenda aediles locaverunt.

Omnia, quae et de facie coloranda et de vestitu theatrali adhuc dicta sunt, mutationem vestium — ut alias omittam difficultates — impeditam fuisse indicant maxime propter partes geminandas, quae res summam peritiam et festinationem postulabant. Numerum quoque singulorum actorum propter breve temporis spatium ad mutandam saltem vestem necessarium eisdem rationibus circumscribendum fuisse apparet.

(*Res instituta porro tractabitur et absolvetur*)

Iunivladislaviae

Imponam corpus luminaque aegra premam«.
Flebunt et tenerae nuptae, non una iacebit
In viduo coniunx orba relicta toro.
Forsitan et tempus veniet, cum finibus illis
Albuerit crebris ossibus omnis humus
Vomereque incurvo cum verterit arva colonus,
Eruet e putri grandia crura solo.
Dixit et in magnum saltu se protinus aequor
Conicit, immensis ora rigatus aquis.
Sol quoque caeruleas caelo delapsus in undas
Gemmea purpureis vincula dempsit equis.

Varsaviae

---

68 in viduo *scripsi* inviduo *codex*.

---

66 Verg. *Aen.* 9,486: nec te tua funera mater produxi pressive oculos; 70 Ov. *fast.* 1,558: squalidaque humanis ossibus albet humus. 71 Verg. *georg.* 1,494: agricola, incurvo terram molitus aratro; Hor. *sat.* 1,1,28: ille gravem duro terram qui vertit aratro. 73 Verg. *georg.* 4,528: haec Proteus et se iactu dedit aequor in altum quaque dedit spumantem undam sub vertice torsit. 76 Ov. *fast.* 2,72: Titan ... gemmea purpureis cum iuga demet equis.

It is striking how little this motive means for the development of the action. The keeper does not object to the clandestine talk between the captives, though he has just rebuked them for planning to escape. When they deny it, he immediately and willingly lets them come to a secret understanding. It is clear that here a circumstance, important in the original, exists as a reminiscence, a vestige. I feel inclined to put it together with another passage in Plautus' play, which, too, is inadequately connected with the action. We read in the vv. 126 ff.:

Ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos:
Visam ne nocte hac quippiam turbaverint.

Both the motive of the possible troubles caused by the captives and the motive of the captives' flight seem to refer to the respective elements in the exposition of the original. The interrelation between the characters, which in Plautus are outlined beforehand for his audience, were probably carefully planned and gradually actualized in the original. The exposition was the right medium through which the required impressions were to be conveyed to the audience.

The question is who was Hegio's partner in the original exposition. What we have learned about Ergasilus from the scholars removes all possible doubt of his being counterpart of Hegio. All the details of the action which Plautus did not need were to be substituted for by this character; he was to fill the places thus devoid of matter. This is the reason why Hegio's and Ergasilus' talk does not add anything to the action. As a result of substituting Ergasilus' part for that of some other person, Hegio's behaviour loses all plausibility. On appearing on the stage Hegio had already made up his mind to go to his brother v. 126:

Ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos.

After his talk with Ergasilus he drops the plan without any good reason for it vv. 192 ff.:

Ibo intro atque intus subducam ratiunculam,
Quantillum argenti mi apud trapezitam siet.
Ad fratrem, quo ire dixeram, mox iero.

What made Hegio alter his plan is not clear enough. His dialogue with the parasite excludes any change of behaviour on his part. Nor is there any need for money at that particular moment. The person capable of influencing Hegio could be his brother, but not Ergasilus. The former took a heartfelt interest in Hegio's afflictions and was probably a support to him. Plautus reduced his part to a few hints.

Advorte animum sis: tu istos captivos duos
Heri quos emi de praeda a quaestoribus,
Is indito catenas singularias,
Istas maiores, quibus sunt iuncti, demito.
Sinito ambulare, si foris, si intus volent,
Sed uti adserventur magna diligentia.

We wonder why Hegio orders to change the captives' fetters at this stage of the action; there is no any good reason for it yet. The reason may occur when Hegio learns about their lineage or social position. He may come to know it either from the captives themselves or from anybody who has been informed of it. At this moment of the action Hegio's order anticipates the development of the plot. Hegio's hint which follows this order suggests some clearing of the difficulty.

Two incongruous elements occur: on the one hand Hegio orders the prisoners to be put on lighter chains and to be treated decently; on the other hand he commands they should be kept an eye upon in case they might try to escape vv. 116 ff.:

Liber captivos avis ferae consimilis est:
Semel fugiundi si datast occasio,
Satis est — numquam postilla possis prendere.

In order to explain the meaning of both the motives we must separate them and imagine them in their original conditions. They both seem to issue from the original. Plautus often turns to the original without perhaps realising the fact.

The escape motive will recur once again vv. 203 ff.:

Tyndarus: *At nos pudet quia cum catenis sumus.*
Lorarius: *At pigeat postea*
Nostrum erum, si vos eximat vinclis,
Aut solutos sinat quos argento emerit.
Ty. *Quid a nobis metuit? scimus nos*
Nostrum officium quod est, si solutos sinat.
Lo. *At fugam fingitis: sentio, quam rem agitis.*
Ty. *Nos fugiamus? quo fugiamus?*
Lo. *In patriam.*
Ty. *Apage, haud nos id deceat*
Fugitivos imitari.
Lo. *Immo edepol, si erit occasio, haud dehortor.*

tempus a scaena abest. Vultum autem eiusdem personae commutatum Demiphonis verba ad filium dicta (Plaut. *Merc.* 368 sq.) satis testantur:

> *...sed istuc quid est, tibi quod commutatust color?*
> *Numquid tibi dolet?*

Ex nonnullis personarum in comoediis Plautinis prodeuntium descriptionibus, quas aliae fabulae personae explicant, operae pretium est iuvenis, senis, lenonis militisque personam accuratius tractandam suscipere. Quarum quidem personarum Plautina descriptio illam Pollucis larvarum theatralium descriptionem (*Onomast.* IV 133—154) in mentem revocat.

Quod quo clarius fiat, comparemus inter se Plauti et Pollucis nonnullas descriptiones:

1) adulescentis descriptio: Plaut. *Rud.* 313 sq.: *...adulescentem... strenua facie rubicundum fortem...*; Polluc. *Onomast.* IV 135: ὁ μὲν πάγχρηστος πρεσβύτατος τῶν νεανίσκων, ἀγένειος, εὔχρως, μελαινόμενος etc.

2) senis: Plaut. *Pseud.* 967: *Heus tu, qui cum hirquina barba stas*; Polluc. *Onomast.* IV 145: ὁ δὲ σφηνοπώγων ἀναφαλαντίας etc.

3) lenonis: Plaut. *Rud.* 317 sq.:

> *ecquem*
> *recaluom ac silonem senem, statutum, ventriosum,*
> *tortis superciliis, contracta fronte*;

Polluc. *Onomast.* IV 145: ὁ δὲ πορνοβοσκὸς τἆλλα μεν ἔοικε... τὰ δὲ χείλη ὑποσέσηρε καὶ συνάγει τὰς ὀφρῦς, καὶ ἀναφαλαντίας ἐστὶν ἢ φαλακρός.

4) militis: Plaut. *Mil. glor.* 766: *miles caesariatus*: Polluc. *Onomast.* IV 147: τῷ δ' ἐπισείστῳ στρατιώτῃ ὄντι καὶ ἀλαζόνι... ἐπισείονται αἱ τρίχες etc.

Quaeritur, unde ea similitudo orta sit. Ita factum esse puto, ut Pollux describeret larvas praestantissimarum et in Graeco dramate tritarum personarum, quas e Graecis exemplis postea Plautus in suas fabulas transtulit. Cum autem omnia, quae adhuc attulimus, argumenta Plautum larvis usum non esse indicare videantur, poeta id agebat, ut simplicissimis exprimendae faciei rationibus haec vel illa persona, quae in scaenam prodiret, notum lenonis, iuvenis, senis aut militis exemplar quodam modo spectatoribus ostenderet. Quod vero apud Terentium ne unius quidem personae e nova comoedia notissimae habitus verbis, quae supra allatis verbis similia essent, descriptus est, Terentii actores personatos in scaena egisse neque spectatoribus de vultu habituque personarum in scaenam ingredientium copiose dicere consuevisse novum indicium habere possumus. Praeterea dignum est, quod animadvertatur hoc: cum Plautinos actores saepius risus movendi gratia ita se in scaena gessisse

constet, quasi actores esse desiissent, vix quisquam dubitaverit, quin Plautus ludibundus quasdam larvarum mentiones iniecturus fuerit, si eius tempore in usu fuissent. Quod ne semel quidem in eius fabulis factum esse scito.

His omnibus igitur fontibus et argumentis perpensis in theatro Plautino nullas personas adhibitas esse apparet. Quae cum ita sint, nunc quibusnam modis in fabulis Romanis singularum personarum vultus exprimi et habitus declarari consueverit, pauca dicere decet. Minium, quo facies colorabatur, commemorat Tibullus II 1,55:

Agricola et minio suffusus, Bacche, rubenti
primus inexperta duxit ab arte choros.

O. Ribbeck (*o. c.* 660) et E. Guhl et W. Koner (*o. c.* 348) ante personarum usum galeros, qui dicuntur, aut albos aut nigros aut rufos, qui cum Graeco ὄγκῳ comparari possent, usurpatos esse dicunt. De galeris legimus etiam in Diomedis *arte grammatica* G. L. K. I p. 489, 20 sq.: *antea galearibus, non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret aetatis, cum essent aut albi aut nigri aut rufi*[23].

Facies illini tum in primis solebat, cum histrio mulieris personam gerebat. Eiusdem rei causa etiam manus gypso oblinebantur[24]. Cum faciei notandae arte conectitur quaestio de vestibus theatralibus[25], quarum varietatem ipsius Plauti verba optime declarant. Actor personam quandam gesturus fucata facie et veste aptissima speciem illius reddere conabatur, id quod reapse in talibus rebus erat facillimum. Cuius rei cura inter histriones haud mediocris fuit, ut ex Plauti *Capt.* 615 cognoscimus:

Ornamenta absunt: Aiacem, hunc quom vides, ipsum vides.

Aristophontes Plauti *Capt.* 647 sq. accuratissime iuvenem Philocratem describit:

Macilento ore, naso acuto, corpore albo, oculis nigris,
subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus[26].

Singula, quae ad caput ornandum pertinent, Plauti *Mil. glor.* 64 et 821—823 inveniuntur. Varia fuisse vestium theatralium genera, variis personis accommodata, Plautus *Mil. glor.* 1177 sqq. testatur:

Facito uti venias ornatu huc ad nos nauclerico;
causeam habeas ferrugineam et scutulam ob oculos laneam,

---

[23] Conf. Plauti *Mil. glor.* 631: *si albicapillus hic, videtur neutiquam ab ingenio senex.* Conf. etiam Plauti *Bacch.* 1101 et *Trin.* 874.

[24] Conf. Ciceronis *Epist. ad fam.* VII 6: *...quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria.*

[25] Conf. C. Saunders: *Costume in Roman Comedy.* New York 1909.

[26] Conf. Pollucis descriptionem iuvenis, qui nomine ὁ ἁπαλός denotatur. Plauti iuvenis etiam viri a Polluce ὁ ἕτερος πάππος appellati notas habet.

At carmina epica praecipuum semper Graecis et Romanis antiquis videbantur litterarum decus. Iuvencus igitur primus fuit, qui Christianos poemate epico ut donaret, optimum esse censuit *Evangelium* versibus enarrare hexametris. Sed evangelia similiter atque apostolorum scripta omnibus, qui tum erant, Christianis notissima fuerunt. In versus autem cogi non potuerunt nisi verbis, quae trita erant atque a pluribus memoria tenebantur, saepius immutatis ac depravatis. Difficile igitur Iuvenco fuit, quamvis poeta esset non sine ingenii luminibus, carmen componere, quod vere poeticum esset atque placeret.

Quod periculum Prudentius ne subiret, Vergilio magistro usus, qui in *Aeneide* pugnas enarrat, quibus advenae cum indigenis de Latio dimicaverunt, sed et Tertulliani exemplo monitus, qui libro de spectaculis (cap. 29): *aspice* — inquit — *impudicitiam deiectam a castitate, perfidiam caesam a fide, ...tales sunt apud nos agones*, carmen composuit, in quo virtutes Christianas cum gentilium vitiis pugnare finxit. Qua allegoria continua usus Christianorum victoriam ac dimicationes cum gentilitate et haeresi gestas illustravit et *Psychomachiae* poema versu heroico conscripsit, quo tamquam carmine epico Christianorum Vergilius vocari meruit[55].

Sed epigrammata quoque, quibus *Veteris* et *Novi Testamenti* res est persecutus, hexametro dactylico composita nobis reliquit, quae *Dittochaeon* videtur inscripsisse, et lyrica haud pauca condidit carmina, *Cathemerinon* hymnos duodecim et *Peristephanon* hymnos vel passiones quattuordecim, quibus non solum Horatii laudem, sed etiam Pindari Latini nomen sibi acquisivit[56].

Iam detineri vix possumus, quin scaenicae quoque poesis Prudentium aemulum suspicemur; qui Romani passionem (*Perist.* X) instar tragoediae cuiusdam composuit[57], Vincentii autem passionem (*Perist.* II) mimo comparare ipse non est dedignatus[58].

Ex hac igitur carminum descriptione apparet Prudentium rei minime ignarum id sibi proposuisse, ut scriptor Christianus, auctorum classicorum aemulus, vario carminum genere Christianorum litteras locupletaret[59]. Nec

---

[55] Christianorum Maro et Flaccus vocatus est Prudentius iam a R. Bentleyo (ad carm. II 2,15); cf. Peebles: *o. c.* p. 159.

[56] A. Pulmanno in praef. ad edit. a. 1564; quod cognomen poeta meritus est imprimis ut auctor hymnorum de coronis.

[57] Ut posteriore huius dissertationis parte explicatur; cf. *Perist.* X v. 1113: *seriemque tantae digerens tragoediae.* — Similiter Gregorius Naz. (*or.* IV 89) tragoediam vocat martyris cuiusdam passionem itemque Eusebius (Mart. Palaest. IX; cf. *Acta mart.* P. Th. Ruinart: *op. coll.* Ratisbonae 1859, p. 365 et 368).

[58] V. 313 sqq.; quod posteriore huius dissertationis parte exponitur.

[59] De carminum Prudentii genere atque ingenio cf. Isidoro Rodriguez-Herrera: *Poeta Christianus. Prudentius' Auffass. v. Wesen u. v. d. Aufgabe d. christl. Dichters.* Speyer 1936 (rec. M. Schuster, Philol. Woch. Jhg. 58, 1938, p. 383 sq., qui scripsit: *Durch seines Glaubens Kraft wagt er* (Prudentius) *es, alle Dichtung zu verchristlichen, und darin erblickt er seinen vornehmsten Dienst und seine Opfergabe an Gott. In seiner Hymnensammlung Cathemerinon wendet er*

stophontes' request! Plautus' individual dealing with his subject matter is still more manifest as Tyndarus enters the scene. He rushes out of the house without any guardsman contrarily to Hegio's words vv. 456 ff.:

Servate istum sultis intus, servi, ne quoquam pedem
Ecferat sine custodela.

This contradiction has its justification. Plautus wants to create a scene of pretended madness which Tyndarus reproaches Aristophontes with. I doubt whether such a scene existed in the original, though its trace is certainly drawn from the Greek play. In this scene Hegio is undeceived. It seems improbable however that he should become undeceived by himself. In the original it probably occurred owing to some incident. This element does not exist in Plautus' play.

I often get the impression that Plautus uses the characters of the original simply as a help in composing his own comedy. Stalagmus' appearance in the scene belongs to that class of dramatic tricks. Although that character does not appear unprepared by the precedent action (cf. vv. 8 ff. 17 ff. 761 ff. 872 ff.) he is connected with the action by means of Hegio's son returning from captivity. Philopolemus brings with him Philocrates and Stalagmus, the latter — to our great surprise. They were all announced by Ergasilus in the previous scene vv. 872 ff.:

Nunc hanc laetitiam accipe a me quam fero: nam filium
Tuom modo in portu Philopolemum vivom, salvom et sospitem
Vidi in publica celoce ibidemque illum adulescentulum
Aleum una et tuom Stalagmum servom, qui aufugit domo,
Qui tibi surrupuit quadrimum puerum filiolum tuom.

This passage replaces the action of the original. But since it occurred after so many completely altered scenes, it does not facilitate the reproducing of the omitted details. In the original every cue converged to the recognition. Plautus also orients his action to the same *dénouement*. His audience will not ask how Ergasilus came to recognise Hegio's slave who ran away from service twenty years ago. Another fact remains unsolved in Plautus' play: how Stalagmus got into the hands of his former master's son. Plautus reduces this part and makes it appear only in the final scenes of his comedy.

I am not quite sure whether Prof. Hough (p. 35 ff.) is right in supposing the scene of the father and son's meeting to be left out by Plautus. What seems very likely in Prof. Hough's conjecture about Ergasilus' part being extended and magnified at the cost of other *rôles*. But Plautus did not need any other Greek play, beside the original, in order to find Ergasilus' *rôle*. The parasite cannot be removed from the original of the *Captivi*. He would bring

sed de religione ethnicis controversia cum Christianis erat, idem poeta litterarum gentilium lumen eximium insolentius laudabatur.

Itaque ut olim poetam Latinum, sic aetate, de qua sermo est, poetam Christianum, Pindari aemulum, et materiam necesse fuit carminibus suis invenire commodam et formam idoneam.

Materiam igitur Apollinaris indicavit, Pindarum imitatus; quae quamquam nullis illustrari potest fragmentis, Prudentii tamen et Gregorii Nazianzeni exemplo aliisque testimoniis satis comprobari putamus epinicia huius Pindari Christiani non fuisse nisi carmina in honorem martyrum — Christi athletarum ac militum — composita. Etenim Gregorium videmus carmine illo, quod supra laudavimus, Olympicis et Delphicis ceterisque ludis atque athletis Christi martyres martyrumque passiones perspicue comparavisse; et Prudentium scimus hymnis, quos de coronis composuit, martyres collaudare; omninoque Christianis martyres visos esse de victoriae corona palmaque simili modo certavisse atque athletas illos, quos Pindarus ludorum gymnicorum victores celebraverat, e multis discimus scriptorum ecclesiasticorum locis scriptisque[68]. Ceterum e Gregorii verbis ut Apollinaris Pindarici carmina martyrum laudationes fuisse efficitur, ita Prudentium hymnorum de coronis auctorem Pindari Christiani nomen petivisse conicitur.

Sed iam de forma carminum Pindaricorum utriusque poetae quaeratur. Apollinaris igitur, cui Graecus in usu fuit sermo, Pindari carmina quaedam sine dubio apud grammaticum legit integra. Ex quo verisimillimum est ea ratione ipsum Pindari metra ac strophas imitatum esse, quam a grammatico traditam didicisset. Prudentius autem Latini sermonis alumnus mihi quidem videtur non multo plura de Pindari carminum arte ac compositione comperisse quam quae a grammaticis Latinis audivisset, cum in schola Horatii legerent carmina atque interpretarentur. Itaque Horatii exemplum secutus ea potissimum metrorum ac stropharum ratione lyrica composuit carmina atque epinicia Christiana, quam et grammaticos docere audiit et temporum suorum poetas vidit observare.

VII. DE CARMINUM PRUDENTII LYRICORUM METRORUMQUE AC VERSUUM RATIONE ATQUE INDOLE

Nam Prudentii carmina lyrica, quamvis versibus strophisque Horatii plerumque sint simillima, multum tamen et differunt ab iis, praesertim metrorum ratione[69]. Simili quoque atque Horatius Prudentius in carminibus lyricis usus est metrorum varietate. Quam tamen et ipsam scholarum fructum esse neminem fugit. Nam Prudentii temporibus et poetae, et eruditorum si qui

---

[68] Cf. p. 138 sq. et annot. 114—118.

[69] De re metrica Prud. cf. Lease: *o. c.* p. 54 sqq.; imprimis Lad. Strzelecki: *De Horatio rei metricae Prud. auctore* (Comment. Horat. Cracoviae 1935, pars I, p. 36 sqq.); idem, *Prudentiana* (Eos XXXIII, 1930/31, p. 490 sqq.).

Quo epiniciorum genere novato Horatius Pindaricus ceteris poetis Latinis viam monstravit idoneam, quam ingressi Pindarum imitarentur, praesertim cum principatus et imperii temporibus facile fieri posset, ut carminum genus encomiasticum, laudatorium ac panegyricum, qualia Pindari fuerunt epinicia, effloreret, quibus Augusti celebrarentur, Caesares, duces. Quam viam quod nulli tamen inierunt imitatores, Horatius partim ipse causa fuit; qui Pindari aemulus *carmine* IV 2 tristem Icari fortunam confessus est subiturum, quis-quis Pindarum aemulari studeret, qui in omni carminum choricorum genere: dithyrambo, hymno, paeane, prosodio, epinicio, threno summa assecutus esset poesis fastigia[65]. Ceterum carminum scriptores, qui imperii Romani aetate vixerunt, alias ingressi poesis vias sive potius semitas nihil morantes in locum suum panegyricorum scriptores immiserunt; nam rhetores sive sophistae, artis rhetoricae ac laudationum peritissimi iis potissimum temporibus pinguissimis effloruerunt ingeniis atque in litterarum genere encomiastico poetarum partes occupaverunt.

Sed Christiani IV imperii saeculo ut non solum Homerum, Vergilium, Horatium Christianum, verum etiam Pindarum suum aliosque auctores classicos habere summopere desiderarent[66], ipsos effecisse commemoravimus veterum deorum cultores; quos se suasque litteras et ingenio et arte Christianis superiores iactavisse et poetarum opera, imprimis Pindari carmina ostentavisse ex Gregorio Nazianzeno et Hieronymo satis comperimus[67]. Nam Pindarus ut olim, cum Romani Graecos aemulabantur, litterarum Graecarum praecipuum putabatur decus atque ornamentum, ita tum, cum non de natione-

---

[65] Quam Horatii sententiam etiam Quintilianum scimus secutum esse ac repetivisse *Inst. orat.* X 1,61.

[66] Nam et Pindarus auctor classicus fuit; cuius epinicia scholarum in usum II imperii Romani saeculo collecta ad nostra pervenerunt tempora (cf. Wilamowitz: *Pindaros*. Berlin 1922, p. 3 et 451 sqq.). Scholarum in usum etiam Apollinarem Sozomenus rettulit carmina ad exemplar carminum Pindari composuisse, quippe Iuliani edicto excitatum de scholis proposito. Sed Ausonius quoque, grammaticus et rhetor, habere se domi affirmavit et alios auctores classicos et Pindarum, quibus Axium Paulum allicit, ut ad se veniat (Auson., ed. Peiper, Lipsiae 1886, p. 236).

[67] Cf. Greg. Naz.: *Carm.* X v. 697 sqq.:

Ἐντεῦθεν ἐλθὲ πρὸς πάλην τὴν ἔνθεον
Ἐμῶν ἀθλητῶν, καί σε δενείτω φόβος
Τούτων ἀκούοντά τε καὶ μεμνημένον

et v. 557 sqq., ubi auctor, postquam martyres commemoravit, haec de Olympicis, Delphicis, aliis scripsit athletis:

Τοιαῦτα ἀθλητῶν τῶν ἐμῶν τὰ θαύματα
Πίσαν δέ μοι σὺ καὶ κόνιν τὴν Δελφικὴν
αὔχεις Νεμέαν τε καὶ πίτυν τὴν Ἰσθμίαν...

De Hieronymo cf. p. 113, annot. 25.

Sed ut res tota plane sit manifesta, lacunae, quae in hac re propter testimoniorum penuriam exstiterunt, explendae sunt. Etenim quaeritur, qui ante annum 161 in personis usurpandis fuerit usus; eadem quaestio oritur, si tempora ab anno 160 usque ad Roscium tractanda suscipimus; denique investigandum est, quid de personarum usu Roscii aetate et temporibus posterioribus compertum habeamus. E propositis quaestionibus duas praecipue iam supra demonstravimus, cum temporibus Terentii, itemque Ciceronis aetate, personas in scaena Romana usitatas fuisse diximus. Quod ad Roscium pertinet, addendum etiam est (quod iam e Diomedis loco nuper laudato cognovimus) Roscium interdum larvam in scaena non adhibuisse. Praeterea tamen personae plerumque adhibebantur, cuius rei fidem eiusdem Quintiliani verba *Inst. orat.* VI 1, 26: *ut scaenicis actoribus eadem vox eademque pronuntiatio plus ad movendos affectus sub persona valet* confirmant. De larvis scaenicis scribit praeterea Tertullianus, qui cum perversitates spectaculorum vituperaret, ea sine dubio spectacula in mente habuit, quae spectare ipsi licuit. De personis ab eo dicta sunt haec (*de spect.* c. XXIII p. 55): *Iam vero ipsum opus personarum quaero an deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suae*[10]. Quibus Tertulliani verbis usus personarum comprobatur.

Nunc Diomedis verba, quae sunt: ...*Personis vero uti primus coepit Roscius Gallus, praecipuus histrio*... conabimur perscrutari vel potius explicare, quibus argumentis nisus Diomedes primum Roscium personatum in scaena Romana egisse putaverit. Duo Ciceronis testimonia, quae ad Roscium pertinent, nobis sunt, quorum unum ne Roscium quidem personatum a senibus Ciceronianae aetatis magno opere laudatum esse praedicat[11], alterum autem Roscium senem eiusdem Ciceronis aetate[12] diem supremum obisse confirmat. Incipiendum est ab eo testimonio, quod ad Roscii mortem pertinet. Cicero Roscii mortem commemorat in oratione *pro Archia poeta*, anno 62 habita. Cum vero Roscius, ut dicit Cicero laudato orationis loco, „nuper“ et „senex“ mortuus sit, non habemus, quod eum eo ipso anno de vita decessisse affirmare dubitemus. Alterum testimonium tradit illos senes, Ciceronis temporibus etiam viventes, ne Roscium quidem personatum laudavisse; unde efficitur, ut Roscius iam ab illis senibus clarissimus actor habitus sit. Si igitur Roscius anno 62 iam senex mortuus est ac viri Ciceronis temporibus aetate provecti eum clarissimum histrionem laudabant, non longe a vero aberrabimus, si Roscium annosissimum circiter nonaginta annorum senem vitam finivisse coniecerimus. Itaque circa annum 152 a. Chr. n. Roscius natus esse videtur. Si vero Terentii

---

[10] Tertulliani verba secundum Fr. Oehleri editionem, *Q. Septimi Florentis Tertulliani quae supersunt omnia.* T. I, Lipsiae 1853, p. 17 sq. *de spectaculis* allata sunt.

[11] Conf. Ciceronis *de orat.* III 59, 221 ut supra.

[12] *Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse* (*pro Archia poeta* 8,17).

Quae similitudo quia tamen casu ac fortuito, non ex poetae proposito videtur exstitisse, iam paucis illustrandum esse putamus, unde Pindaricus ille hymnorum *Cathemerinon* color profluxerit.

Hilarium igitur Pictaviensem et Ambrosium scimus Mediolanensem scriptorum Christianorum primos fuisse, quorum carmina Prudentius imitari posset. Et imitatum esse Ambrosii testes sunt hymni. Nam Hilarii carmina[82] variis conscripta metris, quantum quidem ex paucis, quae huius scriptoris certa esse traduntur, conici potest, nescio an id tantum effecerint, ut Prudentius Christiana scribere carmina polymetra minus dubitaret. Hymnorum vero Ambrosianorum et metra aemulatum esse poetam Hispaniensem et argumenta nemo non videt[83]. Sed Ambrosium constat carmina fidelibus Mediolanensibus praebere voluisse, quae in templo cantarent, dum Arianis resisterent, hymnosque composuisse argumentis simplicibus ac pressis, ita ut singuli hymni versibus absolverentur triginta duobus, strophis octo. Prudentius autem Ambrosii exemplo non contentus, cum alio hymnos componeret consilio, carmina lyrica nihil moratus est epico quodam explicare tenore, ingenii sui laetus indole praevalida.

Nam Ambrosius in hymno *Ad galli cantum* duobus tantum versibus Petri negationem attigit: *Hoc* (scil. gallo) *ipse petra ecclesiae / canente culpam diluit*; quam Prudentius, cum simillimum scriberet hymnum *Cathem.* I, Ambrosium aemulatus, sedecim versibus explicavit (v. 50 sqq.). Similiter hymnum ad incensum lucernae, *Cathem.* V, Prudentius composuit Ambrosii hymnum *Ad horam incensi* imitatus. Quos hymnos cum inter se comparamus, Ambrosium videmus brevem esse et vere lyricum, Prudentium autem hymno suo accuratiorem quam quae carmen lyricum deceret addidisse varii generis lucernarum et lampadum descriptionem (v. 13 sqq.), tum pluribus de Iudaeorum transitu per Mare Rubrum Moyse duce exposuisse (v. 31 sqq.), locorum denique descriptionem immiscuisse, ubi post mortem beati, lucis simulacrum, et ubi damnati, tenebrarum imago, commorarentur.

Nec alia compositionis ratione in ceteris cognoscimus usum esse poetam *Cathemerinon* hymnis, ubi digressiones illae, quae plerumque typologico, qui dicitur, adhibentur sensu atque epicum quiddam sonant, carminum partes efficiunt haud minimas.

Quae cum ita sint, iam quaerendum videtur, quodnam partes illae in Prudentii hymnis munus, ut ita dixerim, exsequantur. Quod quaerentibus nobis Prudentius ipse tamquam auxilio veniens suggerit, cum hymno *Cathem.* VII longiore de Iona et Ninivitis narratione facta haec scribit (v. 176 sqq.):

---

[82] Quae cum Hieronymus noverit, qui Hilarii „librum hymnorum et mysteriorum“ commemorat (*De vir. illustr.* 100; cf. M. Schanz: *Röm. Lit.* IV 1, p. 227), etiam Prudentium verisimillimum est non ignorasse.

[83] Cf. G. Sixt: *Die lyr. Gedichte des Prudentius*. Stuttgart 1889, p. 21 sqq.

Part. I, p. 65—69) accuratissime investigavit nihilque certi ex eis concludi posse demonstravit. Nihilo minus tamen idem vir doctus duas Terentii comoedias — *Adelphous* atque *Eunuchum* dico — primum a personatis actoribus actas esse affirmat. Praeterea cum subobscura Donati verba *agentibus etiam tunc personatis...* (*Eun. praef.* 1, 6) et *qui... etiam tum personati agebant* (*Adelph. praef.* 1, 6) diversam interpretationem, atque Gow (*o. c.* p. 68) fecit, admittant, res dubia in medio relinquitur.

Diomedes[7] autem Roscii mentionem fecit, qui primus propter oculorum mendum et faciei deformitatem[8] personis uti coepisset. Idem Diomedes Roscium sine persona in scaenam prodire solitum esse scribit, cum parasiti partes ageret. Quod vero Diomedes Roscium personarum usum in scaenam Romanam induxisse dixit, certis argumentis carere videtur, ut infra ostendere conabimur.

Ciceronis temporibus personas in scaena usurpatas esse ex ipsius verbis *de orat.* II 193: *Tamen in hoc genere saepe ipse vidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur illa dicentis* (sequuntur versus e Pacuvii tragoedia, quae *Teucer* inscribitur, allati) conicere licet. Quod autem orator clarissimus, cum in eodem opere (*de orat.* III 59, 221) de gestus, motus et artis mimicae praestantia diceret, suis temporibus senes ne Roscium quidem personatum magno opere laudavisse[9] commemorat, haud spernendum documentum habere possumus ante Roscium personas interdum saltem in usu scaenico apud Romanos non fuisse. Duo adhuc certa et fide digna testimonia in promptu nobis sunt: unum Donati, quo Terentianarum comoediarum — *Eunuchi* scilicet et *Adelphorum* (anno 161 et 160 actarum) — actores personis usi esse ostenduntur, alterum Ciceronis, ex quo Romanos ante Roscii tirocinium actores sine personis quoque prodeuntes in scaena spectavisse comperimus. His dictis tres quaestiones dilucide enucleantur, quae sunt: 1) anno 161 et 160 a. Chr. n. Minucius Prothymus et Ambivius Turpio in scaena personis utuntur; 2) Ante Roscii tempora personae nonnumquam adhibitae non erant; 3) Roscius personatus in scaenam prodire solebat, nisi quod parasiti partes agebat.

---

[7] G.L.K. I 489, 11. *Antea itaque galearibus non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret aetatis, cum essent aut albi aut nigri aut rufi. Personis vero uti primus coepit Roscius Gallus, praecipuus histrio, quod oculis perversis erat nec satis decorus, sine personis nisi parasitus pronuntiabat.*

[8] De illa Roscii oculorum perversitate etiam apud Ciceronem *de nat. deor.* I 28,79 legimus: *Q. Catulus, huius collegae et familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Roscium, in quem etiam illud est eius...* (hoc loco citantur duo disticha Catuli, quae in honorem Roscii scripta sunt)... *at erat, sicuti hodie est, perversissimis oculis.* Conf. eiusdem Ciceronis verba *pro Q. Roscio comoedo* 10, 28: *Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico aestimabat*, quibus verbis debilitatem Roscii Arpinatem tangere notum est.

[9] *de orat.* III 59, 221: *sed in ore sunt omnia: in eo autem ipso dominatus est omnis oculorum; quo melius nostri illi senes, qui personatum ne Roscium quidem magno opere laudabant.*

et prebet anime sue doctrinam philosophie et scit gradus, quando recedit a corpore et quando superuenit ei mors, si timebit aut turbabitur, non hoc continget ex perfecta sciencia, et non peruenit ad finem sciencie philosophie, omnes enim hoc audientes ipsum despicient. Set qui non declinat a uia sapientum et affligit animam suam et cohercet naturam suam et confidit in creatore suo et reprobat malum et eligit bonum et non pauescit de morte, conueniens est eum uocari sapientem et ad finem philosophie peruenisse dicatur, non autem ille, qui uiam sciencie intellexit et turbatur de morte, quando anima recedit a corpore. Quoniam que utilitas est sciencie sine fructu?

Propter hoc oportuit, ut mitteretur philosophia ad instruendum ignaros ea, quae non intellexerunt scienciis et doctrinis nec cognouerunt creatorem suum. Et eorum scire non comprehendit bonum uel malum, nescientes nisi quantum didicerunt infantes boni uel mali; et qui ipsis prebet doctrinam uite bone ac recte, ipsam capiunt et stat firma in anima sua nec diluitur nec mutatur, et similiter qui eos docet uiam non rectam. Set inter hos et qui tenet uiam rectam magna est differencia. Set primi quos diximus, licet sint in bona uia, similes sunt bestiis et non habent differenciam inter eos et bestias, que in bonam uiam ab homine freno ducuntur; et hii sunt, qui non comprehendunt scire per se ipsos.

Et est alia species hominum, quorum sensus et intellectus est paratus et potens ad omnia, et omnia uident in animis eorum, et eorum secte due sunt. Quorum primi dicunt seculum non habere principium neque finem neque aliquid esse sub sole nouum, set quod generacio preterit et generacio aduenit, terra autem in eternum stat et non habet substentatorem nec gubernatorem; et hii sunt, qui negant radicem. Et alii sunt naturaliter scientes, qui dicunt, quod anima simul sit creata cum corpore uel de corpore et donec corpus eius existit, et anima existit

---

304 gradus: -um *ABDEyz* 305 superuenit: subuenit *z* timebit:temebit *B* + et mors *E* non: a E_1: substancie E_2 307 despicient: -ntes *E* qui *om. D* 308 declinat: -ant E_1 via: viis *x* sapientum: -ncium *E* et²: ut E_1 309 et¹ *om. x* suo *om.* E_1 310 eum uocari *inv.* *ABDE*$_2$*xyz*: enim uocari *C* 311 sciencie: philosophie *E* intellexit: -erit *y* 312 turbatur: turtatur *B* anima recedit *inv. E* quoniam: *potius* qui *quam* qm *C* 314 oportuit: -tet *E* 315 non *om. y* nec *om. A* 317 infantes *om. B* boni — doctrinam *om. A* qui + in *E* ipsis: hiis E_2 318 ac: et *E* capiunt: cipiunt *A* 319 eos docet *inv. E* 320 set — rectam *om. BE* qui tenet: quandam *C* rectam: non rectam *Dx* magna: -am *E* 321 quos: quot *B*: quod E_1 habent: hoc ut E_1 322 differenciam: -ia *A* que: qui *D* 323 ducuntur: dicuntur E_1 hii: hiis E_1 qui *om. BE* non *om. D* 324 quorum *om. E* paratus: separatus E_1 325 et omnia *om. A* in animis: -as *A*: magis *z* et eorum *om. B* 326 secte: serte E_1 327 finem neque *om. A* 328 in eternum stat *inv.* E_1 habet *om.* E_2 330 quod: ex E_1 simul: similiter *x*: *om.* E_2 creata — 331 existit *om.* E_1 uel de corpore *om. z* de: a *D* eius *om.* *ABDExyz* et²: ex E_1 anima + eius *ABDExyz*

---

327 neque aliquid esse sub sole novum: *cf. Eccl. 1, 10*: nihil sub sole novum. 327 sq. generatio — stat = *Eccl. 1,4.*

tanda nullum inter semivocales et mutas fecit discrimen — id quod Varroniani ordinis proprium fuerat atque peculiare — cave tibi persuadeas Varronianum ordinem ab eo plane esse contemptum. Nam illud est memoria praecipue dignum, quod aeque ac Varro illud „c“ finale exclusit; quae quidem consona in extremitatum serie desideratur, nam Remmius Palaemon non illud *lac*, sed *lacte* agnovit, ut alio huiusce capitis loco aperte est professus[40]. Hac quidem in re manifesta Varroniani schematis residet memoria. In universum dici potest Remmium Palaemonem nisum esse schemate Varroniano tantulum immutato, quantulum nomina in declinationes divisa et maior alphabetici ordinis cura postularent.

Venio ad Marium Plotium Sacerdotem, qui G. L. K. VI 471,2—483,5 accuratissime omnes nominum extremitates tractavit, sed rem ita egit, ut singulas alphabeti ab illo A usque ad illud Z percurreret litteras atque exponeret, quae ex eis possent esse nominum terminales, quae autem cum extremitatibus nihil haberent commune. Quod autem in codicibus lacunae post „o“ vocalem tractatam exstitere, arcessenda sunt in auxilium Probi quae dicuntur *Catholica*[41], eandem fere exhibentia doctrinam ac rationem extremitatum tractandarum[42]. Ut iam supra dixi, singulae litterae secundum alphabeticum percurruntur ordinem: quae peculiariter memorentur, dignae sunt litterae R et S, quippe quae accuratissime sint tractatae, dum percensentur integrae syllabae finales, (secundum vocalium ordinem dispositae, ut puta *cas*, *ces*, *cis*, *cos*, *cus*, *das*, *des*, *dis*, *dos*, *dus* et quae sunt similia) atque exponitur, quae ex eis pro syllabis terminalibus nominum possint haberi. Profecto ea series, in qua nullum est factum discrimen inter vocales et consonas, in qua consonae in semivocales et mutas non sunt divisae, cuius illud est proprium ac peculiare, quod solo alphabetico nititur ordine, neque cum Varronis neque cum Remmii Palaemonis schemate quicquam habet commune. Noli tamen in eam venire opinionem grammaticum omnes percurrentem alphabeti litteras ab illo A usque ad illud Z omnes litteras pro terminalibus habendas esse dixisse. Qui etsi omnes percurrisset, in unaquaque littera tractanda aperte est professus, possentne in eam nomina desinere an non. Sed hac longa serie ad finem perducta Sacerdos conclusit haec: *Ergo breviter doceamus, quot modis singuli casus utriusque numeri terminentur. nominativus singularis fit modis quindecim, a, e utraque, i, o utraque, u, l, m, n, r, s, x, c, t* (G. L. K. VI 483,11—13 = G. L. K. IV 32,6). Qui quidem ordo etsi quindecim litteras continet, summa cum Varroniano ordine utitur similitudine: nam etsi mentio facta est de illa *e utraque* (longa scilicet et brevi) et de *o utraque*, hoc nihil ad rem, cum nihil aliud sit factum, nisi quod

---

[40] *Sal autem non est dicendum, quia nullum Latinum in hac finitur extremitate. sale igitur ut mare et lacte; ut maris et lactis ita et salis dici debet, et erit semper singulare* (p. 25,23).

[41] G.L.K. IV 6,25—31,35.

[42] De Mario Plotio Sacerdote et Probi *Catholicis* confer: Keil G.L.K. VI 422, Jeep: *o. c.* p. 73 sqq.

scriptoris non indocti laudem quaesivisse quaeque scripsisset scienter scripsisse ac considerate[79].

VIII. PRUDENTII HYMNIS CATHEMERINON CUM PINDARI CARMINIBUS QUAENAM SIT SIMILITUDO

Sed qui de Prudentio scripserunt, esse hymnis eius non solum *Peristephanon*, verum etiam *Cathemerinon* cum Pindari carminibus similitudinem quandam dudum annotaverunt[80]. Et negari profecto non potest hymnorum *Cathemerinon* generi lyrico epicum immisceri colorem, id quod Pindari quam maxime proprium est: carminibus lyricis tamquam epicas inserere mythorum fabulas. Nam Prudentius quoque hymnis longas inserere solitus est fabulas, e *Vetere* vel *Novo* haustas *Testamento*, et carmina lyrica his, ut ita dicam, digressionibus adaugere atque adornare[81]. Quarum digressionum nonnullae tot continentur versibus (e. g. VII 81—175, XII 24—125), ut hymnorum partes longissimae epicum videantur esse carmen lyricis tantum conscriptum metris; iisque mythis, quos Pindarus carminibus immiscuit, sunt simillimae.

---

[79] Quaeritur praeterea, Prudentii carmina utrum composita sint, ut a fidelibus legerentur, an etiam ut in coetibus — sicut Ambrosii hymni — cantarentur. Quorum carminum quia pleraque, etiam quae κατὰ στίχον composita sunt, in strophas dividuntur, iam verisimile videtur ita confecta esse a poeta, ut a fidelibus si non cantari, quod ipsa carminum longitudine excludi quidam opinati sunt, at clara voce saltem recitari possent, nisi hanc quoque carmina in strophas dividendi sententiasque singularum stropharum ambitu absolvendi rationem poeta grammatico atque exercitationibus scholasticis debuit.

[80] Ut quasdam de ea re virorum doctorum afferam sententias, Baumgartnerum (*Gesch. d. Weltlit.* 3. u. 4. Aufl. Bd. IV, p. 158) scripsisse inveni Eliae, Moysis, Ioannis, Ninivitarum, Christi ieiunationem in hymno ieiunantium (*Cathem.* VII) ita a Prudentio verbis expressam esse, ut hymno epicum daret colorem similiter atque Pindari carminibus mythus. — Tum G. Boissierus (*Fin du pagan.* T. II, p. 114 sq.) Prudentium animadvertit tanta cum libertate ac facilitate ab aliis rebus ad alias transire totiensque a re digredi ac tamquam insistere nec argumentum continuo tenore evolvere, ut hymni eius Pindari carmina nobis etiam invitis in mentem adducant. — Sed M. Lavarennius quoque, qui recentissimam Prudentii carminum editionem curavit, praefatione, quam primo volumini praemisit (cf. annotat. 5), Prudentium demonstrasse sensit posse poetam christianitate ad carmina quasi Pindarica componenda incendi; quales *Cathemerinon* hymnos esse conclusit (vol. I, p. XV: *Il montra que le christianisme pouvait inspirer des odes quasi pindariques: ce sont ses hymnes de la journée*).

[81] Cf. *Hymn. ad galli cantum*, *Cathem.* I, v. 50 sqq. (de Petri negatione); *Hymn. matutin.*, *Cathem.* II v. 73 sqq. (de somnio Iacobi); *Hymn. ante cibum*, *Cathem.* III v. 96 sqq. (de Adae et Hevae peccato originali); *Hymn. post cibum*, *Cathem.* IV v. 37 sqq. (de Daniel in leonum fovea); *Hymn. ad incens. lucernae*, *Cathem.* V v. 25 sqq. (de Maris Rubri transitu), v. 113 sqq. (de beatorum et damnat. post mortem habitaculis); *Hymn. ante somnum*, *Cathem.* VI v. 56 sqq. (de Ioseph somnii interpret.); *Hymn. ieiunantium*, *Cathem.* VII v. 26 sqq., 46 sqq., 81 sqq. (de ieiunio Eliae, Ioannis Baptistae, Ninivitarum, cett.); *Hymn. post ieiunium*, *Cathem.* VIII v. 33 sqq. (de Iesu bono pastore); *Hymn. omnis horae*, *Cathem.* IX v. 28 sqq. (de Christi miraculis); *Hymn. ad exequias defuncti*, *Cathem.* X, v. 69 sqq. (de luminum acie a Tobia patre recuperata); *Hymn. VIII Kal. Ianuar.*, *Cathem.* XI v. 45 sqq. (de nativitate Christi); *Hymn. epiphaniae*, *Cathem.* XII v. 24 sqq. (de magis Christum adorantibus), v. 141 sqq. (de pueris ab Herode caesis).

Marmoreaque senex lacrimans in rupe resedit
Totus et ut tremulis cymba tremebat aquis.
Omnis tum vasti circum gens incola ponti,
Stabant et phocae, quas regit ille, ferae.
Tum sic suspiciens caelum murosque Gedani
Praescius ah istae talia cladis ait:
Oceano in liquido properas immergere currum
Phoebe tuum, properes aureo quidem licet.
Cras vultu, ut video, non multum oriere sereno
Dantiscique minus moenibus aequus eris.
Credite, Dantisci, si qua est prudentia vati,
Stragem atram vobis advehet ille dies.
Fidite ne campo, medio vix aggere tuti,
Intus vos placida quaeso tenete domo!
Quo nimium properas seseque, miserrime miles,
His cingis fossis, cui fera bella paras?
Quo gravidi currus aut haec tormenta vehuntur?
In dominum his audes manibus ire tuum?
Non est imbelli dammae contendere tutum
Cum lupo torvo cumque leone truci,
Frustra aquilam celerem frustraque columba lacessit
Accipitrem, frustra rana resistit avi.
Sauromatum vides pridem sub montibus illis
Stare sua saevos in statione viros
Adventumque tuum tamquam agnos turba luporum
Exspectare: cohors est illa minor scio,
Sed tamen egregiis longe est praestantior armis,
Exigui numero, sed fera dextra viris.
Heu date terga date, o miseri, dum terga potestis,
Inque suas citius quisque redite domos.
Phlaegra Giganteis moneat vos clara ruinis:

Carmen incipit fol. 339

7 tum *scripsi* cum *codex* 23 dammae *scripsi* damae *codex* 31 armis *scripsi* ansis *codex* 35 Phlaegra *scripsi* — Phraegra *codex.*

---

6 tremulis aquis *cf.* Ov. *ep.* 11, 75—8; 8 Verg. *Georg.* 4,432: (*de Proteo*) et turpes pascit sub gurgite phocas; 7 Verg. *Georg.* 4,430: cum vasti circum gens humida ponti... exsultans. 11 Oceano in liquido *cf.* Ov. *fast.* 5,82; 20 Ov. *met.* 1,97: nondum praecipites cingebant oppida fossae; fera bella *cf.* Ov. *ep.* 3,123, Lucr. 1,29—32; Stat. *Achill.* 2,121; imbelles... damas: *cf.* Mart. 4,74,1; 32 Verg. *Aen.* 5,754: Exigui numero sed bello vivida virtus, 10,609 sq.: non vivida bello dextra viris, *cf.* Varr. *Men.* 405: fera... manu. 35 *cf.* Ov. *met.* 10,150; Sen. *Herc. fur.* 444; Val. Flacc. 2,564;

necesse est[16]. (Fabulam Naevii eo modo inscriptam Donatus quoque in praefatione *Eunuchi* his verbis testatur: *Personata fabula quaedam Naevi inscribitur*). E Festi loco modo allato Atellanos Romae personis semper usos esse viri docti[17] concluserunt. Quod autem fabula Naevii s. t. *Personata* per Atellanos acta est, histrionum illius aetatis inopiae viri docti ascribunt[18]. Sunt etiam, qui ut Bieber et Marx (*o.* et *l. c.*) Naevium adhibere in scaena larvas consulto coepisse opinentur, cum fabulae eius mordaces essent et in homines inveherentur. Quam ob rem veteris Atticae comoediae ut argumento ita arte scaenica morem redoluisse videntur. Romanos enim comoedia nova recepta personis uti destitisse ab eisdem viris doctis docemur. Non adversantes quidem illis virorum doctorum sententiis e Festi laudatis verbis conicimus haec: Atellani prae ceteris histrionibus, ut antiqui scriptores communi fere consensu tradunt, variis privilegiis muniti sunt[19]. Quorum inter praecipua iura personae induendae licentia a Festo numerata est. In comoedia et tragoedia persona multo serius (*post multos annos*) adhibita est. Naevii fabula, quae inscribitur *Personata*, de industria sine dubio eo modo composita erat, ut a personatis histrionibus agi posset. Cum vero personatis in scaena agere solis Atellanis licitum esset, re vera Atellanis haec fabula ad agendum tradita est. Post Graecas fabulas in scaenam Romanam inductas personarum usu actoribus interdictum esse Maria Ludovica Bernhard in dissertatione Polona, quae inscribitur *Maski w teatrze starożytnym* (Meander III, 1948, p. 349) commemorat. Sed exstat etiam aliud, quod ad Terentium pertinet, testimonium — de Donati *ad Ter. Andr.* IV 3 commentariis dicimus. En tibi illud: *et vide non minimas partes*

---

[16] Verba allata sunt secundum Lindsayi editionem (Lipsiae 1913).

[17] E. Bethe: *Prolegomena zur Geschichte des Theaters im Alterthum.* Leipzig 1896, p. 301 et 308; F. Marx s. v. *Atellanae fabulae*, RE Bd. II, 1896 coll. 1914—1921; Blumenthal s. v. *Persona*, RE Halbband 37, 1937 coll. 1036—1040; Bieber ibid. Halbband 28, 1930, coll. 2070—2120.

[18] R. Reitzenstein: *Livius und Horaz über die Entwicklung des römischen Schauspiels* (Nachrichten d. Ges. der Wiss. Göttingen 1918 p. 242).

[19] Liv. VII 2: *Eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur et stipendia tamquam expertes artis ludicrae faciant*; Valerii Maximi *fact. et dict. memor.* II 4,4: *Atellani autem ab Oscis acciti sunt: quod genus delectationis Italica severitate temperatum ideoque vacuum nota est. Nam neque tribu movetur, neque a militaribus stipendiis repellitur.* De ceteris histrionibus conf. Nepos, *praef.* 5: *Magnis in laudibus tota fuit Graecia... in scaenam vero prodire et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini: Quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque honestate remota ponuntur.* Ignominia homines scaenicos Gellius quoque (*Noct. Att.* XX 4) Aristotelis verbis usus, notavit. Conf. Ciceronis *de re publ.* IV 10 (Augustinus *de civitate Dei* II 13): *Cum artem ludicram scaenamque totam in probo ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum, sed etiam trîbu moveri notatione censoria voluerunt.* Similiter apud Tacitum *Hist.* II 62 artificium scaenicum tamquam indignum equitibus Romanis negotium minime sustinendum fuisse legimus: *cautum severe, ne equites Romani ludo et harena polluerentur.* Alia ad eam rem pertinentia testimonia apud Lydiam Winniczuk: *o. c.* collecta inveniuntur.

arcium ut texere uel ordire et horum similia. Et nisi quia tempus non est super hiis extendendi sermones, declararem uobis, que sit unaqueque istarum animarum per se ipsam, et utilitates suas et quiquid est necessarium unicuique.

Unus autem sapientum assistencium respondit ei nomine Symam dicens: Domine et magister noster, semper bene fecisti nobis et docuisti nos multas sciencias: et nunc age graciam tuam nobiscum et conforta cor nostrum, sicut confortasti cor tuum, ut discamus diem mortis non timere et non turbemur sicut ceteri homines, qui turbantur de morte, sicut uidemus de morientibus, qui transeunt et sunt in timore et turbacione maxima, quia nesciunt, quo uadant, et que fuerit spes eorum. Et tunc facies nobis duo bona: unum, quia dabis nobis doctrinam, ex qua confortabitur cor nostrum, et hoc, quia facies quiescere dubietates super te cordis nostri et planctus nostros super recessu tuo a nobis, quia finis tuus erit pax et quies perpetua.

Cui respondit Aristotiles: Ecce ego docebo uos et dirigam, quomodo intelligetis et scietis ueritatem uerborum meorum. Et quamuis sit michi magnus labor, ego odorabo odorem huius pomi ad reducendum spiritus meos mecum, quousque finiam uerbum meum, quia scio, quod inde habebo bonum premium, quia uos intelligitis huiusmodi rem, que non est res uacua uobis.

Surgentes autem discipuli osculati sunt singuli caput eius et dixit eis: Inprimis interrogabo uos, si confitemini et creditis in sciencia philosophie, que continet omnes sciencias, quod est uera, et qui inquirit eam, inquirit ueritatem et rectitudinem et gradus altissimos et diuinos, et per eam est differencia inter hominem et alia animalia? Qui dixerunt:

---

122 ut *om. D* texere: dexere *C* uel: et *y* ordire: -irem *C*: -iri *x* nisi: ubi CE_1 123 non est *om. E* hiis *om. E* extendendi: exte *E*: texere *x*: *om. D* declararem: -are *Ez* 124 animarum: anima *E* ipsam *om. E* quidquid: quicquam E_1 126 autem: quod *E* Symam: Simam *D*: Symay E_1: Synay E_2: Symas *x* 127 dicens *om. B* domine: o domine *B* fecisti: -istis E_1 128 age: agere E_1 nobiscum: nobis *y* et^2 *om. y* 129 nostrum — cor *om. E* tuum: tum *A* ut: et E_1 discamus: dicamus *A* 130 turbantur: -entur *D* de *rep. E* 131 transeunt: transerunt *A* 132 quia: que *x* uadant: -unt *Ex* fuerit: fiunt CDE_1x spes: species *x* 133 et tunc *del. et altera m. superscr.* sic *D* quia: quod *E* 134 confortabitur cor nostrum: cor nostrum confortabitur DE_1x: cor nostrum *om.* E_2 135 planctus: plantus *D*: plactus E_1 136 finis tuus *om. E* 137 uos *om. B*: non *E* et dirigam *om. DEx* 138 intelligetis: -itis *E* quamuis: grauius E_2 michi *om. E* 149 ego: ecce *D* odorabo: adorabo *E* huius: huiusmodi *C* 140 quousque + quod *E* 141 rem: res *D* 143 autem *om. x* 144 inprimis: inprimi *A* interrogabo: autem rogabo E_1 si *om. E* et *om. ABDExyz* (creditis et confitemini *J*) 145 uera: ueri *D* 147 est differencia: est differenciam *ABC* (*primo, sed deinde* m *eras.*): esse differenciam *y* inter: in *B* et: atque E_1 animalia *om.* E_1

---

122 ordire *id est quod antiquis* ordiri.

In Charisii grammatici capite illo notissimo I 15 (G. L. K. I 50, 7—112, 12), quod *De extremitatibus nominum et diversis quaestionibus* inscribitur, p. 51, 21, K. (= 63, 21 B)[6] exhibentur haec: *Omnia igitur nomina quibus universa dictionis silva copiosa est non plus quam per duodecim ultimas litteras finiuntur, quinque vocales, a e i o u, sex semivocales, l m n r s x, unam mutam, t.* Vides igitur grammaticum clare atque perspicue omnes terminales, quae vocantur, nominum litteras in tres partes divisisse — id est vocales, semivocales mutasque[7] — atque in unaquaque harum partium litteras terminales secundum alphabeticum ordinem digessisse. Et quamquam vocales et semivocales recte esse tractatas nemo potest negare, cum re vera in omnes supra enumeratas vocales semivocalesque nomina Latina possint desinere neque ulla semivocalis terminalis in hac desideretur serie, miretur sane quispiam, qui sit factum, ut praeter illud „t" nulla muta in terminalium litterarum appareret ordine. Nam reapse sunt substantiva III declinationis in illud „c" exeuntia, quae alii grammatici solent enumerare — illa *lac, lactis* et *allec, allecis* dico. Atque ne forte credas casu quodam illius „c" mentionem esse a Charisio omissam, scito etiam apud alios grammaticos easdem atque apud Charisium duodecim litteras terminales eodem ordine deinceps se excipientes occurrere, nam Consentii grammatici verba haec: *Nunc quoniam nominativo singulari duodecim litteris nomina terminantur, id est vocalibus quinque, a e i o u, semivocalibus sex, l m n r s x, et una muta, t* (G. L. K. V 347, 8), easdem litteras terminales eodemque ordine positas exhibent neque diversa ab his sunt verba, quae Donatus G. L. K. IV 379, 17[8] et Diomedes G. L. K. I 492, 24[9] de eadem re fecerunt, cum aperte sunt professi duodecim tantum litteras terminales nominum Latinorum esse agnoscendas. Quae cum ita sint, suspicio oboritur in supra allatis grammaticorum testimoniis latere certam quandam doctrinam grammaticam, quae a nescioquo antecedentium saeculorum grammatico excogitata per varios rivulos ad posteros permanavit. Itaque non uno nomine refert scire, quis huius doctrinae fuerit inventor.

---

[6] *Flavii Sosipatri Charisii Artis grammaticae libri V.* Ed. Carolus Barwick, Lipsiae 1925.

[7] Notum est grammaticos Romanos omnes consonas in semivocales et mutas dividere solere; semivocalibus adnumerari septem (f, l, m, n, r, s, x), mutis novem (b, c, d, g, h, k, p, q, t) consonas. Priscianus solus, quod quidem sciam, dubitari posse dixit, illud „f" utrum semivocalibus an mutis adnumeraretur: *semivocales sunt, ut plerisque Latinorum placuit, septem: f l m n r s x; sed f multis modis ostenditur muta magis* (G. L. K. II 9,11); *quare cum f loco mutae ponatur, miror hanc inter semivocales posuisse artium scriptores*, ibid. 11,12; conf. Jeep: *o. c.* p. 113.

[8] *duodecim autem omnino litteris nominativo casu singulari Latina nomina terminantur, vocalibus quinque, semivocalibus sex, muta una; a e i o u l m n r s x t, ut tabula sedile frugi ratio genu mel scamnum flumen arbor flos nox caput.*

[9] *omnia igitur nomina quibus universa dictionis silva copiosa est non plus quam per duodecim ultimas litteras finiuntur, quinque vocales, a e i o u, sex semivocales, l m n r s x, unam mutam t...*

ARISTOTELIS QUI FEREBATUR LIBER DE POMO

VERSIO LATINA VETUSTA INTERPRETE MANFREDO DUCE

Edidit

MARIANUS PLEZIA

I

Quantam auctoritatem quantamque gratiam apud medii aevi homines consecutus sit exiguus ille libellus, qui in codicibus vulgo inscribitur *De morte Aristotelis sive de pomo*[1] atque interdum ab Aristotele ipso compositus esse putabatur, ipsa exemplarium eius in bibliothecis frequentia demonstrat. Locupletissima illa quidem codicum Aristotelis Latinorum συναγωγή — *Aristotelem* dico *Latinum*, auctoribus G. Lacombe sociisque Romae editum a. 1939 — 36 libros mss. textum eius exhibentes commemorat[2], sed haec cum nondum omnium bibliothecarum copias complexa sit (duorum tomorum prior enim adhuc solus prodiit), partem eorum tantum recenset. Quibus si adieceris alios codices 28, qui nobis aliunde in notitiam venerunt[3], facile conicies, quanta

[1] Recentiorum commentationes eae nobis hoc loco laudandae sunt: M. Steinschneider: *Die hebräischen Uebersetzungen des Mittelalters*. Berlin 1893, pp. 267—270; W. Hertz: *Gesammelte Abhandlungen*. Stuttgart—Berlin 1905, pp. 371—397; M. Grabmann: *Forschungen über die lateinischen Aristotelesübersetzungen des XIII. Jh.* (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters XVII 5—6). Münster 1916, p. 249 sq.; Al. Birkenmajer: *Classement des ouvrages attribués à Aristote par le moyen-âge latin*. Cracovie 1932, p. 14; Ch. H. Haskins: *Studies in medieval science*[2]. Cambridge Mass. 1927, p. 269; *Aristoteles Latinus* (ut supra in textu) pp. 94 et 196; M. Plezia: *Ps. Arystotelesowy traktat De pomo* (Sprawozdania... Polskiej Akademii Umiejętności LIII 1952, p. 86); I. Düring: *Von Aristoteles bis Leibniz* (Aus Antike und Abendland IV 1954, p. 145), ubi etiam versio Suecica ab eodem auctore confecta commemoratur.

[2] Sufficit, ut hic *Aristotelis Latini* numeros indicem, cetera enim lector ipse commode inveniet; sunt igitur nrr. 34, 49, 156, 201, 255, 261, 310, 349, 353, 416, 422, 455, 476, 485, 496, 522, 523, 524, 606, 640, 642, 659, 663, 690, 725, 738, 743, 764, 824, 891, 930, 941, 1004, 1011, 1075, 1087.

[3] Erfordiensis Amplonianus Q 15, ff. 45^{v}—48^{r} (saec. XIV); ib. Q 319, ff. 133^{r}—135^{r} (a. 1392); Parthenopolitanus (Magdeburgensis) Bibl. urb. 134, Oct. 15(e) (reliqua ignorantur); Grazensis, Bibl. univ. 93, ff. 269^{r}—272^{v} (saec. XIII/XIV); Vaticanus Palat. 1144, ff. 313^{r}—316^{v} (aetas ignota); ib. 1363 (reliqua ignorantur); Vaticanus Burgh. 37, ff. 221^{v}—224^{v} (saec. XIV); ib. 126, ff. 231^{v}—234^{v} (saec. XIII/XIV); ib. 127, ff. 229^{v}—233^{r} (a. 1296); ib. 170, ff. 64^{r}—67^{r} (saec. XIII/XIV); ib. 308, ff. 277^{v}—282^{r} (saec. XIV); ib. 310, ff. 63^{r}—66^{v} (saec. XIV); Barberinianus Lat. 165, ff. 383^{r} sqq. (aetas ignoratur); Tridentinus Bibl. comm. 1780, ff. 328^{v}—336^{v} (saec. XIV in.); Marcianus VI 33, ff. 334^{r}—338^{r} (saec. XIV in.); ib. XIV 70, ff. 62^{r}—66^{v} (saec. XV); ib. XIV 259, ff. 73^{r}—76^{v} (saec. XIV); Patavinus Bibl. capit. B 62, f. 100^{r} (saec. XV, fragmentum); Parisinus Bibl. nat. 8500 (reliqua ignorantur); Cantabrigensis Coll. Trin. 1115, ff. 119^{r}—125^{r} (saec. XIV); ib. 1399, ff. 16^{v}—24^{v} (saec. XV/XVI); Craco-

saecularia apud Christianos pluris aestimabantur, cum iam non Christi cultores pauperes veterum deorum cultoribus divitibus eruditisque, sed urbium municipiorumque cives Christiani pagorum gentilitati opponebantur.

Itaque Scripturam sanctam explicare, doctrinam Christianam firmare et probare atque ab haereticis et gentilibus defendere, ad Dei laudem amplificandam comparata uti scientia docendique ratione — haec scriptoribus Christianis prima, tantum quod non unica videbatur ars digna, cui operam darent.

Quae cum ita essent, Christiani anno CCCXIII — cum eis Mediolanensi illo edicto libera data est a Constantino Magno et Licinio imperatoribus Christum confitendi colendique potestas, ut eodem essent iure, quo qui ceterarum religionum sacra colerent — nec parati fuerunt ad fructus ex studiis saecularibus capiendos nequedum animo ad litterarum et eloquentiae studia artis voluptatisque causa excolenda satis propenso, ut scripta, non dicam carmina, componerent non solum catecheticae instructioni, verum etiam grammaticis et rhetoricis idonea scholis.

Sed et proximis, quae annum CCCXIII secuta sunt, decenniis, cum multi sine dubio etiam ex divitibus atque eruditis[17] Christianis se adiungerent neophyti, nulli fere inter Christianos inventi sunt politioris stili scriptores, nulla exstiterunt carmina, quae a grammaticae magistris Christianis legerentur, discipulis ad imitandum proponerentur. Quod tum potissimum haud minima ex parte propterea ita accidit, quia novis ac prosperis rei Christianae condicionibus veterum auctorum scripta et carmina, quae multis novae fidei sectatoribus prius nota facta erant quam Christianorum disciplina, iam non gentilia atque omnino abicienda, sed tamquam mutata specie populi propria ac paene vernacula Christianis videri poterant, praesertim cum ipsi Christiani, qui antequam liberae confessionis suae iura acciperent, nec Graeci sibi nec Romani viderentur (quae nomina gentilium synonyma duxerunt), tum maxime imperii Romani cives haberi et esse et ita sentire coepissent.

Quae cum ita essent, iam Christiani minus dubitabant pueros suos grammaticis et rhetoribus non Christianis[18] in disciplinam tradere atque auctorum antiquorum lectione et enarratione erudire, praesertim nullo fere morum periculo obstante; nam morum rationem dudum in ludis grammaticis habitam esse ex Quintiliani praeceptis discimus[19]. Nec vero fieri potuit, quin Christia-

---

[17] Labriolle: *Réact. p.*, p. 340 sq.

[18] Nam Constantinum Magnum, quamvis Christianis faveret, grammaticis tamen et rhetoribus ethnicis satis consuluisse constat; cf. Cod. Theodos. XIII 3, 1 (anno 321); W. Christ: *Gesch. d. gr. Lit.* VI Aufl. v. W. Schmid — O. Stählin. München 1924 (Handbuch d. kl. Altert. VII 2, 2, p. 944).

[19] *Inst. orat.* I, 8, 4—12 (nec multo alii atque Quintiliani temporibus in ludis videntur etiam IV saeculo lecti enarratique esse auctores). — Moribus autem plurimum tum consuluisse Christianos auctor est nescio an optimus Basilius Magnus (ca. 330—379), qui sermone illo ad

Prima editio huius Bilscii libelli est sine loco et anno (Estreicher XIII 82); iterum impressus legitur in A. Łasicki opere q. i. *Clades Dantiscanorum a. 1577* ed. II Francofurti ap. A. Wechelium 1578 in 4-o, deinde in editione *Carminum* eius (Crac. 1588) nec non in Pistorii tertio volumine p. 112—113. Eius *Satyrae* versibus 1 sqq. exhibetur testimonium affinitatis cum Musis iam pridem contractae nostri poetae:

Lustris tempus ad hoc actis iam pene duobus
Omne mihi studium placidis incumbere Musis,
Nec quemquam Satyra proscindere mens erat acri,
Aut mea Pasquilli defigere carmina saxo.

Atque id quidem, quod in *Satyra* rebellionis Gedanensium fit mentio (v. 75—77), indicio nobis est diserto carmen a. 1576 exeunte vel a. 1577 ineunte conscriptum esse. Versiculi igitur, quos fortasse Bilscius in his „lustris duobus" composuit, aut in ignotis codicibus latent aut pro deperditis haberi possunt. Quamquam horum iuvenilium versiculorum nulla usquam vestigia apparuerunt, non sumus obliti eorum, quae Simon Starovolscius opusculo suo q. i. *Clarorum virorum centuria* (Francofurti 1625 p. 100) de Ioachimo Bilscio dixerat: *Scripsit quoque epigrammata multa.* Praeter Starovolscium nemo his 356 annis quibus a morte poetae dividimur de Bilscii epigrammatis mentionem fecit. Ex eis autem quae exstant carminibus maximi est momenti *Carminum liber I* (Cracoviae 1588 ap. I. Siebeneicherum in 4-o), quo continentur 16 carmina variis metris Horatianis conscripta. Totum librum, nimis in bibliothecis Polonis desideratum, denuo impressit Ladislaus Nehring disputationis suae q. i. *O historykach polskich XVI w.* partis II pp. 79—89. Latinis Camenis deditus, haud oblitus est Bilscius Musae Polonae, cuius nonnulla documenta reliquit. Quae quidem inter carmina Latina et Polonica intercedat ratio mutua, fere adhuc nescimus, ei enim rei viri docti nondum operam navaverunt. Mihi tamen videtur Bilscius eandem viam et rationem secutus esse in carminibus lingua Polonica compositis, quam excoluit in carminibus Latinis, i. e. exemplaribus antiquis adhaesit. Non est tamen huius loci quaestiones, quae ad Ioachimi Bilscii indolem poeticam eiusque carmina spectant, attingere, provinciam hanc nondum a viris doctis perlustratam explicatamque aliis relinquendo[3]. Antequam tamen ad rem ipsam tractandam aggrediar, liceat breviter referre, quae carmine nostro exhibita sint. Gedanenses a. 1576 electione Stephani Batory in regem Poloniae spreta portas urbis clauserunt et cum legatis a rege missis agere noluerunt. Itaque in comitiis Toruniensibus mense Februario a. 1577 habitis bellum cum Gedanensibus susceptum est. Rex summis viri-

---

[3] E philologis solus G. Krókowski Bilscio operam impendit et plurima vestigia imitationis Horatianae collegit in dissertatione *De septem sideribus quae Nicolao Copernico vulgo tribuuntur.* Cracoviae 1926, pp. 104—106.

bulaire théologique par H. Chirat (Strasbourg 1955) — praeclarum sane opus, „doctum et laboriosum", cuius laudes quominus hic longius persequar, spatii exiguitate impedior. Duo tamen, quia cum his, quae supra a me dicta sunt, artissime cohaerent, silentio praeterire non possum: quorum primum id est, quod Blaisii lexicon a primis Christianorum Latinis scriptoribus ad Caroli Magni usque aetatem se extendit comprehenso Beda ceterisque Merovingici temporis auctoribus, alterum, quod praepositiones etiam in eo qua par est diligentia tractantur.

Item prodiit interea alter Niermeyeriani lexici fasciculus (*berefredus — clusa*, 1955) eadem qua prior ratione elaboratus.

Cracoviae
ex Officina Lexici
mediae et infimae Latinitatis Polonorum

An analysis of Plautus' play will help us to investigate the course of his creative thought and to separate the Greek element from the Roman. Let us begin with the prologue. It contains the first attempts to alter the original's plot. The prologue should let us become acquainted with the premises for the future *dénouement.* There is no doubt about that point being fulfilled by the author. But Plautus' prologue does not only contain the necessary premises for the final recognising of the characters. His prologue also includes details transgressing its attribution. From the prologue we learn how the old man sought his son who had been taken prisoner of war vv. 25 ff.:

Ut fit in bello, capitur alter filius:
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
Coepit captivos commercari hic Aleos,
Si quem reperire posset qui mutet suom
(Illum captivom: hunc suom esse nescit qui domist).
Et quoniam heri indaudivit de summo loco
Summoque genere captivum esse equitem Aleum,
Nil pretio parsit, filio dum parceret:
Reconciliare ut facilius posset domum,
Emit hosce e praeda ambos de quaestoribus.

This passage reminds us of the verses 104 ff. from *Poenulus*' prologue[2], where we learn how Hanno sought his daughters who had disappeared as children. I have proved on the ground of the text of the comedy that the vv. 104 ff. refer to the original plot, but Plautus himself invented them. The further we read the prologue of the *Captivi* the closer grows its analogy with the prologue of the *Poenulus.* We read the vv. 35 ff.:

Hisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum,
Quo pacto hic servos suom erum hinc amittat domum.
Itaque inter se commutant vestem et nomina:
Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus:
Huius illic, hic illius hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam
Et suom erum faciet libertatis compotem,
Eodemque pacto fratrem servabit suom
Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem
Imprudens...

---

[2] *Sed pater illarum Poenus postquam eas perdidit,*
Mari terraque usque quaque quaeritat.
Ubi quamque in urbem est ingressus...

I beg to read my diss.: *Der Plautinische Poenulus u. sein att. Vorbild* published in Eos XXXIV 1932/33 p. 1—69.

et prestat remedium. Et racionabiliter decet philosophum scire omnes huiusmodi raciones, eo quod sophistice non fallatur nec uerbis capiatur, set intelligat locos et proposiciones, in quibus fit ei sophisma. Et in hiis libris est ueritas omnium scienciarum, set non sunt particularia.

Et aggregaui quendam alium librum, qui dicitur Methaphisica, et declaraui in eo, quod firmamentum superius et stelle non sunt de naturis, quas uidemus esse sub luna, et sunt alterius nature, quam scire et intelligere non habemus potenciam nec uirtutem. Et illic superius anima sapiens influxit corpori nec est composita ex alia natura, immo simplex et munda et pura. Et beata est anima, que non est infecta prauis operibus huius mundi et intellexit creatorem suum, et ipsa est, que reuertitur in locum suum in deliciis magnis, non cum delectacionibus corporis, que sunt despecte. Et ue anime peccatrici, que non habet uirtutem nec posse redeundi ad locum suum, nec potest ascendere in patriam suam, quia turpia opera delectacionis corporis impediunt ascensum eius sursum.

Et cum applicuisset sapiens ad finem horum sermonum, inceperunt manus sue titubare, a quibus pomum cecidit, quod tenebat. Et cum cepisset nigrescere facies, expirauit. Super quem scolares proni singuli ceciderunt et osculati sunt eum et eleuauerunt communiter ululatum plorantes ploratu magno, et dixerunt: Ille qui recolligit philosophorum animas, tuam recolligat animam et reponat eam in thesauris suis, sicut dignum est animam hominis directi et perfecti, sicut tu es!

---

361 remedium *om. A* decet: docet *C* 362 sophistice: sophiste *BE* 363 set: et *ABCE₂xyz* fit ei: eis fit *E* 364 est: et *E₂y* 366 quod *om. E* 367 sub luna: sublimia *Cyz* 368 et¹ *om. A* non *om. C* habemus: -uimus *A*: -entis *C*: -ens *x* uirtutem: ueritatem *C* superius + et *A* 369 immo: uno *E* 370 et¹ *om. ABCExy* est¹ *om. y* 371 operibus + et *E* et¹ *om. E* est que *inv. y* 372 in *om. x* 373 sq. habet *om. z* uirtutem nec posse: potentiam *E* 374 in: ad *E* 375 corporis *om. E₁x* 378 titubare: titulare *E* quod: quia *E* 379 facies *om. E* 380 osculati: deosculati *y* 382 sq. et reponat — animam *om. A* reponat: ponat *xz* animam *om. E* 383 tu es + magister et dominus noster Aristotiles philosophus *HLM* + Amen dicant omnia *H*: etc. per me Petrum *M* (*cf. supra p. 200*).

Explicit liber de morte Aristotilis siue de pomo *AC*: explicit liber de pomo siue de morte Aristotilis *Bx* + philosophi *B*: explicit liber de pomo *E₁y*.

gestu. Quintilianus autem *Inst. orat.* XI 3, 65—136 omnes, qui fieri possunt, gestus et motus corporis, manuum, superciliorum, capitis, labrorum et quae sunt similia, qui non solum orationi congruere, sed etiam sensus voce non expressos exprimere, in primis autem mentes et cogitationes, quin etiam mores atque ingenium et condiciones hominum adumbrare debent, diligentissime percurrit. Manifestum de ea re testimonium legimus libro XI 112: *Itaque in fabulis iuvenum, senum, militum, matronarum gravior ingressus est: servi, ancillae, parasiti, piscatores citatius moventur.* Iam poetae Graeci in affectibus tragicarum personarum depingendis scaenae illius temporis condicionibus coërcebantur. De ea quaestione Fr. Winter in libello q. i. *Griechische Kunst*[20] apte disseruit. Quatenus singulae Winteri et Brunsii sententiae verae sint, quarum summam libro, qui *Maske und Dichtung* inscribitur, publici iuris factam commentario suo Winter proposuit, aestimare nolumus. Sed verum est sine dubio id, quod uterque dixit de tragicorum Graecorum in motibus animi heroum in scaena depingendis temperantia, simulque omnia, quae animos spectatorum gravius commovere possent, non coram spectantibus, sed extra scaenam agi aut per nuntios tantum referri re vera poetas Graecos maluisse non negabimus. Continuus personarum in theatro Graeco usus facultatem exprimendi motus animi poetis fere ademit. Animi motus gestu potius quam mimicis effectibus depinguntur, etsi eodem fere tempore in vultibus sculptarum statuarum artis mimicae vestigia quaedam observari possunt. Ex eis, quae Winter exposuerat, nonnulla memoravimus, quo facilius opinionem, quam infra relaturi sumus, probabilem esse demonstraremus. Cum de personarum usu in duabus Terentianis comoediis testimonia e Donati commento petita habeamus, tamen nonnulla saltem Terentianorum actorum dicta, quae, num intimi animi motus in vultu cuiusdam agentis personae expressi sint, indicent, perscrutari aptissimum putamus, ut Terentium in adumbrandis personarum ingeniis earumque affectibus proferendis parcum se praestitisse cognoscamus. Nostrae autem investigationis eventus cum similibus de Plautinis comoediis quaestionibus collati rem, quam nobis proposuimus, scilicet utrum Plautinarum comoediarum actores personis usi sint necne, melius enodare poterunt.

Quae in Terentianis fabulis de intimis animi motibus mimice expressis dicuntur, in quattuor genera distribui possunt; quorum primum continet verba, quae animi motus, quamvis debuerint, voltu non exprimi declarant. Cuius rei inopiam alia comoediae persona alteri crimini fere interdum dat. Vide Ter. *Andr.* 878, quo loco Simo filio paenitentiae penuriam obicit dicens:

Vide num eius color pudoris signum usquam indicat.

---

[20] A. Gercke — E. Norden: *Einleitung in die Altertumswissenschaft.* Bd. II, Leipzig—Berlin 1910, p. 186—187.

auctorem sese fert v. 35 sqq. *Manfredus diui augusti imperatoris Friderici filius, Dei gracia princeps Tharentinus, honoris montis sancti Angeli dominus et illustris regis Conradi secundi in regno Sicilie baiulus generalis* (natus a. 1232, occidit in proelio ad Beneventum commisso a. 1266). Quibus verbis vulgo fides tribuitur ac Manfredus reapse libellum *De pomo* Latinitate donavisse putatur[22] atque id quidem aestate vel autumno a. 1255 in oppido sancti Gervasii[23]. Unus a communi hac opinione dissidet M. Steinschneider, vir linguarum orientalium peritissimus, qui censet vix quemquam Latinorum saec. XIII adeo Hebraeum sermonem calluisse, ut opus tale perficere posset[24]. Cuius auctoritas plane nos moveret, nisi versione ipsa accuratius inspecta auctorem eius haud usque quaque textum Hebraeum recte intellexisse comperissemus, id quod luce clarius imprimis v. 256 sqq. 277 sqq. apparet. Non inopportune vero a Ioanne Niese admonemur[25] moris fuisse in Friderici II imperatoris aula ad vertenda Latine Hebraea vel Arabica opera Iudaeorum amanuensium opem et auxilium adhibere. Hac opera Michaelem Scottum, illustrem eius aetatis grammaticum, nonnulla transtulisse notum est[26], haud secus etiam Manfredum versionem libri *De pomo* confecisse coniectare licet.

Cetera vero omnia in hac translatione cum Manfredo auctore plane congruunt. Nam et titulorum formula eadem est, qua ille alibi eo tempore utebatur[27], et scribendi genus in *Prologo* conspicuum — cetera enim ex Hebraeo sunt expressa — ab elocutione genuinarum eius epistularum non abhorret[28], et —

---

[22] Böhmer—Fischer: *Regesta imperii*, V 1, Innsbruck 1879, nr. 4653; F. Schirrmacher: *Die letzten Hohenstaufen.* Göttingen 1871, pp. 212—216; Hertz: *o. c.* pp. 374—377; Cl. Bäumker: *Petrus de Hibernia* (Sitzungsberichte der bayerischen Akademie der Wissenschaften. Philol.-philos. und hist. Klasse. Jg. 1920, 8. Abhandlung, p. 11); W. Cohn: *Das Zeitalter der Hohenstaufen in Sizilien.* Breslau 1925, p. 277; R. Morghen, Enciclop. Italiana. XXII, p. 108 sq.; M. de Wulf: *Histoire de la philosophie médievale*, II[6]. Louvain—Paris 1936, p. 43. Facile esset multo etiam plures nominare. Unde vero Chroust: *o. c.* p. 235, adn. 11 et A. Abel: *Aristote, la légende et l'histoire.* Bruxelles 1944, p. 71 id sibi sumpserint, ut asseverent *De pomo* a Bartholomaeo Messanio Latine versum esse, plane nescio, cum Bartholomaeum e Graeco non ex Hebraeo Aristotelica vertisse satis constet.

[23] Böhmer—Fischer et Schirrmacher: *ll. citt.*

[24] Steinschneider: *o. c.* p. 268 (§ 144): *Der Uebersetzer war schwerlich der König selbst, sondern irgend ein Gelehrter, wahrscheinlich ein Jude, vielleicht ein Convertit; denn eine, für solche Arbeit hinreichende Kenntniss der neuhebräischen Sprache war in der damaligen Zeit selbst unter dem Klerus sehr selten.* Eadem saepius in ceteris libris suis repetivit.

[25] *Zur Geschichte des geistigen Lebens am Hofe Kaiser Friedrich II* (Historische Zeitschrift CVIII 1912, p. 507 sq.).

[26] Niese: *o. c.* p. 507; de Wulf: *o. c.* p. 28.

[27] Cf. infra adn. ad vv. 35 sqq.

[28] Cf. v. gr. litteras, quibus studium generale Neapolitanum a se renovatum esse significat, apud Schirrmacher: *o. c.* p. 621 sq. ceterasque ab eo allatas. Quominus accuratius in eam rem inquirerem, hoc prohibitus sum, quod *Historiam diplomaticam regni Siciliae*, quam Capasso compilavit, ad manus habere non potui.

tinet praeter *Proteum* Bilscii, qui chartis 333—342 exstat, varia acta Hosii per Rescium collecta, acta diplomatica rerum Pruthenicarum et Sigismundi Augusti regis epistulas ad curiam Romanam missas. Totus carminis contextus una manu exaratus est, certe tamen non manu auctoris ipsius neque manu Rescii. Valde tamen doleo, quod rem, quae haud parvi est momenti, non possum diiudicare. Nulla enim mihi sunt testimonia, quonam tempore Bilscius carmen composuerit. Non est tamen dubium, quin carmen post diem XVII Aprilis 1577 anni conscriptum sit. Esse potest ut poema paulo post proelium prope lacum Lubeschaviensem compositum sit. Talem coniecturam ut amplectamur suadent ea quae in titulo leguntur de clade Gedanensium: *recens a nostris militibus accepta.* Necesse est praemittamus pauca quoque de mendis in textu obviis. Vitiosae lectiones quas sanavi sunt hae: v. 7 *cum* cod. *tum* scripsi, v. 31 *ansis* cod. *armis* scripsi, v. 35 *Phtaegra* cod. *Phlaegra* scripsi, v. 49 *nocet* cod. *necem* scripsi, v. 53 *viros* codex *rivos* scripsi. Vitiose Bilscius unum pentametrum composuit, scil. v. 30:

Exspectare cohors est illa minor scio

Non perfecta quantitatis syllabarum scientia et plurima peccata contra artem metricam sunt propria et Bilscii et aliorum poetarum Latinorum XVI saeculi. Cuius rei causa hunc versum integrum servavi, ignarus utrum a Bilscio ipso mendose compositus esset, an mendum librarii incuriae originem deberet. Lectionem *Phlaegra* pro *Phtaegra* accepi collatis locis Ovidii *Met.* X 150, Senecae *Herc. fur.* 444 et Valerii Flacci II 564. Quod vero ad orthographiam spectat, eam rationem percepi quae hodie inter omnes in usu est, rationem vero interpungendi passim commutavi.

Disputatiuncula ad finem perducta restat ut gratias agam quam maximas Casimiro Kumaniecki, philologiae classicae Professori in Universitate Varsaviensi atque Praeceptori meo. Quo viro docto adhortante et, qua est semper benevolentia, consilio suo et harum rerum scientia me adiuvante, operam dedi huic Bilscii carmini.

PROTEUS

DE CLADE GEDANENSIUM INSIGNI IN PRUSSIA, CIRCA PAGUM ROKITKI DIE XVII APRILIS RECENS A NOSTRIS MILITIBUS ACCEPTA, STEPHANO REGE POLONIAE REGNANTE

Declivem cursu sol iam quatiebat Olympum,
Demere purpureis frena paratus equis,
Cum subito in medio Neptuni gurgite vates
Caerulea Proteus extulit ora domo

---

1 Verg. *Aen.* 10,216: (Phoebe) medium pulsabat Olympum; 3 Verg. *Georg.* 4,387 sq. ...Neptuni in gurgite vates caeruleus Proteus;

sunt similia. Itaque fundamenta, quibus compositio utriusque libri nitatur, esse videmus haec:

L. V: a, e, i, o, u, c, d l, m, n, r, s, x, t, duae cons., aus, aes.
L. VI: a, e, i, o, u, c, d, t, l, m, n, r, s, aes, aus, eus, x, duae cons.

Et hic et illic extremitatum agmen a vocalibus alphabetico ordine positis incipit, quemadmodum in Varroniano quoque schemate rem se habuisse exposuimus. Etiam non habes, quod inter semivocalium ordinem hic et illic obvium discrimen nescio quod statuendum esse tibi persuadeas: nam eaedem semivocales hic et illic leguntur, idem fere earum est ordo. Hac quoque in re neuter Prisciani liber a Varrone videtur dissentire. Sed illud velim animadvertas in Varroniano schemate vocalium seriem excipi serie semivocalium, cum in Priscianei libri VI fundamento inter vocales et semivocales mutarum series sit inculcata, in libri V fundamento duae mutae inter vocales et semivocales sint positae, tertia — illud „t“ dico — semivocalium subsequatur agmen, sicut apud Varronem et apud Pansam rem se habuisse supra monuimus[57]. Quae cum ita sint, vix — ac ne vix quidem — negabis Prisciani librum V et VI non solum inter se differre, sed etiam utrumque a Varroniano schemate longius recedere. Etenim utrumque Prisciani schema praeter illud „t“ Varroniani schematis proprium etiam mutas „c“ et „d“ tamquam terminales agnoscit: quo fit, ut differat hoc schema etiam ab eo schemate, quod schema Varronianum correctum supra nuncupavimus quodque aliter atque Varronem et Pansam illud „c“ finale in litterarum terminalium numero habuisse diximus. Et reapse quae de illo „c“ et „d“ apud Priscianum cum in libro V (p. 146,16—19) tum in libro VI (p. 212,4—214,4) leguntur, Varronianam de litteris terminalibus doctrinam videntur evertisse. Etenim Priscianus non solum litteras „c“ et „d“ terminales esse dixit, sed etiam utriusque litterae comprobandae gratia exempla attulit et quidem haec: in illud „c“ exire dixit substantiva *lac* et *allec* (p. 146,16 ~ 212,4), in illud „d“ autem illa *quid*, *quod*, *aliud*[58] et nomina barbara, quae sunt *Bogud* (p. 146,18; 213,15) et *Pulpud* (p. 214,4). Quae omnia a Varroniana doctrina alienissima sunt. Sed iterum iterumque iuvat admonere diversa offerri nobis litterarum terminalium schemata in Prisciani libro V et VI. Ergo quaeritur, qui sit factum, ut eaedem fere litterae terminales aliter hic, aliter illic ordinarentur quibusque rationibus ducti Prisciani auctores eius generis ordines constituerint. Imprimis non uno tantum nomine refert scire, cur in libri V fundamento mutarum series ita sit discerpta, ut illa „c“ et „d“ intervallum inter vocales semivocalesque explerent, illud „t“ autem simplicium consonarum clauderet agmen. Facere non possum, quin mihi persuadeam residere in eo schemate quandam

---

[57] P. 146 sq.

[58] Illud *quod* in libro VI desideratur (p. 213,7).

inquinatusque est, cuius rei abundans testimonium praestant antiquissimi etiam codices, quorum propago deinde per totam Europam diffusa est. Ea tamen occasione oblata iam ad ipsos codices recensendos transeamus.

III

Ad editionis nostrae textum constituendum adhibuimus codices integros sex, quos litteris A, B, C, D, E_1, E_2 significari voluimus. Inter quos principem locum obtinet

C = Cracoviensis, bibliothecae universitatis Iagellonicae nr 507. Est codex membranaceus, priore parte saec. XIV conscriptus, mm 370×235, ff. 200, columnis singulis (mm 200×120 et 193×125), super quas tituli singulorum operum litteris alternatim rubris et caeruleis depicti sunt. Originis videtur esse Italicae, id quod praeter cetera signa externa adnotatione in summo f. 128^v adscripta: *domini Andree de Florentia qui moratur coram sanctum Martinum* (ultima vox incerta) comprobatur. Initio saec. XV fuit Ioannis Wyllisch[34] magistri in facultate artium universitatis Cracoviensis, a quo cum ceteris libris aliquot collegio, quod postea regium seu maius vocabatur, donatus est, unde in bibliothecam universitatis migravit[35]. Exaratus est scriptura eleganti lectuque facili manibus duabus, quarum una ff. 2^r—49^r atque 80^r—141^v, altera ff. 50^r—79^r atque 142^r—199^v scriptura complevit; ff. 49^v, 79^v, 128^{r-v} scriptura vacant. Continet: *Physica* ff. 2^r—49^r, *De coelo* ff. 50^r—96^v, *Meteora* ff. 97^r—127^v, *De anima* ff. 129^r—146^r, *De sensu* ff. 146^v—152^r, *De somno* ff. 152^v—158^v, *De longitudine et brevitate vitae* ff. 158^v—160^r, *De senectute* ff. 160^r—161^v, *De respiratione* ff. 161^v—163^r, *De morte et vita* ff. 163^r—166^v, *Physiognomia* ff. 166^v—171^v, Alfredi Anglici *De motu cordis* ff. 171^v—173^v, *De proprietatibus elementorum* ff. 173^v—180^r, *De motibus animalium* ff. 180^r—184^v, *De bona fortuna* ff. 184^v—186^r, *De pomo* ff. 187^v—192^r, *De causis* ff. 192^r—199^v. Scholia occurrunt frequentia, potissimum in marginibus (pleraque erasa), sed etiam inter scripturae lineas. Passim graphides adiectae sunt, praecipue geometricae, sed ff. 12^v et 161^r etiam figuratae, quarum hanc, cum Aristotelem ipsum repraesentet, lucis ope

---

[34] F. 1^v manu saec. XV scriptum legitur: *philosophia naturalis data collegio per m(agistrum) Johannem Wyllisch.* Fuit ille iam a. 1408 magister in facultate artium universitatis Cracoviensis, nam in antiquissimo indice professorum eius facultatis ad hunc annum spectante apparet (*Statuta nec non liber promotionum...*, ed. J. Muczkowski. Kraków 1849, p. 2); a. 1411 in facultate sua decanus creatus est (*ibid.* 7); a. 1413 est collegiatus in collegio regis Wladislai (*Codex dipl. univ. Crac.* I, Cracoviae 1870, p. 102); a. 1415 vero canonicus apud S. Florianum (*ibid.* p. 97).

[35] Praeter cod. 507 exstant adhuc in Bibliotheca univ. Crac. libri eius hodie numeris 621, 712, 1771 ornati, omnes quidem saec. XIV et ad philosophiam spectantes.

men hic ordo fundamentum fuit, unde divisio nominum secundum declinationes oreretur[31]. Utcumque haec res possit aestimari, certe Varroniana ratio atque doctrina in tanto honore apud posteros fuerunt, ut Pansa eam in usum suum converteret ac posteris traderet.

Ad Remmium Palaemonem venio, cuius *Artem* restituit Barwick fragmentaque ad eam *Artem* redeuntia in unum congessit[32]. Atque cum iam satis constet Charisii caput I 10, quod est *De ordinibus seu declinationibus nominum* (G. L. K. I 18,7—31,24) Remmio Palaemone niti Palaemonisque compositionem in eo capite velut in speculo cerni, illud est disertis admonendum verbis Palaemonem longe aliter atque Pansam quaestionem de nominum extremitatibus tractavisse. Nam cum omnia nomina in quinque vel potius quattuor declinationes divisisset[33], ita rem egit, ut secundum unamquamque declinationem nominum percurreret extremitates[34]. Primae declinationis nomina secundum extremitates „as“, „a“, „es“ tractavit (p. 18,11—21,6), secundam declinationem cum primo in tres partes divisisset, masculina scilicet in „-us“, „-er“, „-ir“, „-eus“ desinentia, feminina („-us“) et neutra in „-um“ et -„us“ exeuntia (p. 21,8—17), postea turbato illo ordine singulas extremitates enarravit; declinationem quartam secundum extremitates „-us“ et „-u“ ordinavit (p. 31,2—7), de quinta vero declinatione plura loqui minime necesse habeo[35]. Quae si tecum reputaveris, in eam venire possis opinionem apud Remmium Palaemonem nec volam restare nec vestigium doctrinae Varronianae. Verum enimvero longe a veritate aberraveris, nam exquiras, quaeso, ea, quae de declinatione tertia a grammatico dicta sunt (p. 24,35—30,22); cuius declinationis quae sunt nomina, in varias exeunt extremitates, de quibus grammaticus verba fecit haec: *Tertiae declinationis nominativi sunt hi quorum genetivus is facit. efferuntur autem ordine ⟨litterarum⟩ sic, per a al an ans ar ars as ax, per e el en ens er es correptam, es productam, item ex, per il in is ix, per o ol on or os ox, per ul ur us uis ut ux, item nominativi qui in duas consonantes terminantur* etc. (p. 24,36—25,4 K. = 23,24—24,4 B.). Res ita tractata est, ut grammaticus a Varroniano ordine longius recessisse videatur, sed quo melius

---

[31] Conf. supra adn. 5.

[32] *O. c.* p. 111 sqq., imprimis p. 158—164.

[33] Audi verba, quibus edocearis grammaticum dubitasse, an de quinta declinatione omnino posset cogitari: *Est et alius ordo declinationis, quem alii ad secundum ordinem pertinere dicunt, quoniam genetivum in i litteram facit, alii tertii putaverunt, quoniam accusativum in em, item dativum et ablativum pluralem in bus facit; quem ideo nulli parti tribuentes quintae declinationis dicendum esse putavere* (G.L.K. I 31,8—12 = 31,23—28 B.).

[34] Etsi hac disputatiuncula de eo litterarum terminalium ordine agere constitueram, in quo nulla declinationum haberetur cura (conf. supra p. 143), retineri non potui, quominus Charisiano capiti I 10 — utpote Varronianae doctrinae quandam memoriam retinenti — consulerem.

[35] Conf. supra adn. 33.

The seemingly incongruous fact of Hegio's putting up the captives, who were bought by his brother, now gains in clearness and importance. The assumption of the importance of the part played by that character in the exposition seems unquestionable. His task seems to have consisted in bringing Hegio and one couple of the captive partners. How this happened is hard to make out. I am inclined to imagine, Hegio's brother but not Hegio to have been a tradesman in the model and to have been purchasing captives during the war.

The assumption of the prisoners trying in the original to escape from prison seems plausible. Their plan falling through they got to Hegio's house. With the opportunity offering itself, a possibility of recovering Hegio's son may have presented itself; at any rate this course of events seems to be closer to the original course than is the Plautus' development. In the latter, the action progresses in a rather unaccountable way, without any preparatory hints. As I have mentioned the captives appear on the stage without any motivation resulting from the action. Hegio's appearance justifies their presenting themselves to him, the justification being somewhat belated vv. 251 ff.:

Iam ego revortar intro, si ex his quae volo exquisivero.
Ubi sunt isti, quos ante aedis iussi huc produci foras?

This circumstance is sufficient for guessing that the above successiveness of scenes comes from Plautus. But this point of view is corroborated by Hegio's talk with the captives. It is based on motives drawn from the original. These are either at variance with the action or insufficiently justified in occurring in Plautus' play. When Hegio inquires about Philocrates' social standing or about his pecuniary conditions, he really speaks about circumstances well known to him vv. 277 ff.:

He. *Quo de genere natus illic Philocrates?* Ph. *Polyplusio.*
Quod genus illist unum pollens atque honoratissumum.
He. *Quid ipsus hic? quo honorest illic?* Ph. *Summo atque*
ab summis viris.

cf. vv. 169 ff.:

Nam eccum hic captivom adulescentem Aleum
Prognatum genere summo et summis ditiis:

But when Hegio inquires about Philocrates' father he gets some information that is worth being considered. The father of the distinguished captive is a miser and permanently discontented person vv. 287 ff.:

Ph. *Immo edepol propter avaritiam ipsius atque audaciam.*
Ty. *Nam illi quidem Theodoromedes fuit germano nomine.*

eorum copia olim exstiterit et quot residui adhuc in lucem aliquando venire possint.

Eorum quos novimus longe maxima pars saec. XIV conscripta est; saeculo sequenti enim *De pomo* rarius in libris fit et quater tantum typis excussum est[4]. Item saec. XIV sunt commentaria eius duo, quae inter codices bibliothecae Amplonianae Erfordiae asservantur[5]. Unum Alberto de Saxonia tribuitur[6], celeberrimo illi Parisiensi magistro, qui postquam ibi annis 1350—1360 floruit, deinde primus universitatis Vindobonensis rector factus est, obiit vero a. 1390. Quem ut auctorem commentarioli, qui in cod. Amplon. Q 319, ff. 135^{r}—138^{v} scriptus a. 1392 (cf. adnot. in summo f. 133^{r}) occurrit, fuisse credamus, id nos adducit, quod idem codex cetera aliquot Alberti commentaria Aristotelica complectitur[7]. Alterum commentarium, idque multo amplius, aetate etiam prius videtur, quippe quod in cod. Amplon. Oct. 80, ff. 31^{r}—49^{v}[8] a. 1340 exaratum inveniatur. Quare non improbabile fit librum *De pomo* saec. XIV in universitatibus a philosophiae scholasticae magistris explicatum explanatumque esse.

Cetera eius apud homines medii aevi fata quod parum nobis perspecta sunt, cognitionis nostrae lacunis adscribendum putamus, quae aliquando historia litterarum eius temporis melius illustrata facile explebuntur. Nunc pauca de ea re adnotare licet.

Non defuerunt quidem ipso saec. XIV qui recte viderent eum librum nullo modo Aristotelis esse posse, id quod iam interpreti ipsi patuit, cum scriberet (infra v. 62 sq.): *nam dictum librum Aristotiles ipse non notauit, sed notatus ab aliis extitit* eqs. Inter quos primus nominandus nobis est anonymus

---

viensis Bibl. univ. 506, ff. 272^{v}—276^{r} (saec. XIII/XIV); ib. 507, ff. 187^{v}—192^{r} (saec. XIV); ib. 367 (saec. XIV, fragmentum); ib. 2573, pp. 187—204 (a. fere 1469); Claratumbensis 612 (de quo infra p. 200), ff. 164^{r}—168^{v} (a. 1451); Stettinensis (olim Capituli Caminensis), Bibl. gymn. cod. 38 (saec. XV, nunc deperditus), Pragensis, Bibl. capit. 1323, ff. 123^{r}—127^{r} (saec. XIV).

[4] Bis inter Aristotelis *Opera* Venetiis 1482 atque 1496 (*Gesammtkatalog der Wiegendrucke* nr. 2336, 2341), cum ceteris aliquot Coloniae a. fere 1472 (*Gesammtkatalog* nr. 2450), separatim vero Antverpiae a. fere 1487 (*ib.* nr. 2451) una cum Ioannis Gerson opusculo *De arte moriendi*. Quid sibi velit „textus“ ille „abbreviatus“, qui Parisiis a. 1499 prodiise asseritur (*Hain* nr. 1787), plane nescio.

[5] Errant Hertz: *o. c.* p. 378, adn. 1 et F. Lecoy (Romania LXXIV 1953, p. 552) cum dicunt ea commentaria in codice Cantabrigensi 1525 c tradita esse; a praefectis enim Bibliothecae universitatis Cantabrigensis per litteras certiores facti sumus nihil eiusmodi in hoc codice reperiri.

[6] Grabmann: *l. c.* et Lecoy: *l. c.* Per errorem s. Albertum Magnum commentarii auctorem dicunt Steinschneider: *o. c.* p. 268, adn. 1146 et Hertz: *o. c.* p. 378, adn. 1.

[7] Cf. W. Schum: *Beschreibendes Verzeichniss der Amplonianischen Handschriftensammlung zu Erfurt.* Berlin 1887, p. 552 sq.

[8] Non 40^{v}, ut per errorem typothetae legitur apud Schum: *o. c.* p. 738. Ibidem plura de hoc codice.

quod maximi puto esse momenti — nonnulla alia philosophiae scripta iussu Manfredi cum e Graeco tum ex Arabico translata esse constat[29]. Eum ipsum autem ab huiusmodi studiis minime fuisse alienum nisi cetera documenta exstarent[30], sola sufficeret disputatio illa[31] non nullam habens delectationem, quam coram eo Petrus de Hibernia habuit quaeque his verbis incipit: *dubitauit rex Manfredus et quesiuit a magistris, utrum menbra essent facta propter operaciones, uel operaciones essent facte propter menbra.* Quae cum ita sint, nulli dubio iam locus restat, quin Manfredus ipse Latinae versionis libri *De pomo* auctor fuerit. Quantum autem ipse verterit et quantum ab amanuensi quodam Iudaeo adiutus sit, parum refert.

Facile etiam explicari posse arbitror, quare tam magna pars codicum, quae eius libri memoriam tradiderint, Gallicae sit originis; praeter eos enim, qui nunc etiam in Gallicis bibliothecis habentur[32], de nonnulis ceteris (ut est cod. Berolinensis Lat. qu. 449 = AL 824, vel Burghesiani plerique, olim Avenionenses) idem affirmare licet. Item ad Franco-Gallicum librarium quendam redit singularis illa glossa (de qua videas adn. ad v. 277), quam, cum in plerisque antiquissimis codicibus occurrat, mature textui insertam esse censeamus oportet.

Exstant nimirum litterae Manfredi, iam tunc (inde ab anno 1258) Siciliae regis, mense Decembri fere a. 1263 ad magistros universitatis Parisiensis datae[33], quibus significat se eis Aristotelis aliorumque sapientum scripta in aula sua e Graeco vel Arabico sermone conversa iisdem litteris adiuncta transmittere. Hoc igitur translationum corpusculo, quod paulo post annum 1263 Parisiis notum factum est, *De pomo* quoque comprehensum fuisse admodum veri simile videtur. Cum autem eo ipso tempore in universitate Parisiensi Aristotelica studia florerent, fieri non potuit quin libellus, quo Aristotelis vitae extrema momenta tam congruenti Christianorum animis modo enarrarentur, summa omnium exspectatione summoque studio exceptus esset. Praepropere igitur raptimque descriptis exemplaribus textus eius mox pessime corruptus

---

[29] de Wulf: *o. c.* p. 43 sq.

[30] Cohn: *o. c.* p. 277 sq.; Hertz: *o. c.* p. 375, adn. 1.

[31] Bäumker: *o. c.* p. 41—49; cf. etiam totam eius disputationem textui praemissam.

[32] *Aristoteles Latinus* undeviginti eorum enumerat (nrr. 416, 422, 455, 476, 485, 496, 522, 523, 524, 606, 640, 642, 659, 663, 690, 725, 738, 743, 764); addendus est cod. Parisinus 8500.

[33] Denifle — Chatelain: *Chartularium univ. Paris.* I, Paris 1889, nr. 394 (p. 435 sq.), cf. Böhmer — Fischer: *o. c.* nr. 4750. Ad quaestionem illam iam ab A. Jourdain: *Recherches critiques sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote.* Paris 1843, pp. 154—165 positam, quae nimirum ratio intercedat inter Manfredi litteras et simillimam earum epistulam Friderici patris eius ad universitatem Bononiensem missam (compositam a Petro de Vineis cancellario, inter cuius epistulas etiam legitur v. gr. in editione Ambergensi a. 1609, p. 488) — redeundum mihi hoc loco non arbitror. Id tantum profiteri velim me cum iis stare, qui epistulam Manfredi ad exemplar epistulae patris scriptam esse putant.

genuini Varroniani schematis memoriam, cum semivocalium series excipiatur illo „t“. Itaque qui primus e duodecim litteris terminalibus illis „c“ et „d“ ascitis quattuordecim fecerat litteras terminales, mutam „t“ eodem loco retinuit, quo apud Varronem steterat, mutas „c“ et „d“ nulla alia mente semivocalibus praemisit, nisi ut omnes consonae terminales alphabetico fere ordine deinceps se exciperent: nam reapse illa c, d, l, m, n, r, s, x, t praeter illud „t“ iustum efficiunt alphabeticum ordinem. Itaque quoniam huius schematis inventor illud „t“ finale Varroniano loco retinuerat, effecit, ut litterarum ordo eo modo constitutum divisione in semivocales mutasque careret. At libri VI Priscianei fundamentum exhibet easdem quattuordecim litteras terminales, sed ita ordinatas, ut tres partes — scilicet vocales, mutae semivocalesque — clare se offerant[59]. Quae cum ita sint, libri VI auctor longissime a Varroniano schemate recessit: nam non solum pro duodecim litteris terminalibus quattuordecim habet litteras, verum etiam mutas et semivocales diverso ordine constituit atque apud Varronem steterant. Atque is quidem libri VI Priscianei auctor numquam id fecisset, ni schema novisset, quod hodie in Prisciani libro V legitur: nam libri VI auctor illa „c“ et „d“ eodem loco retinuit neque quicquam fecit nisi illud „t“ transtulit illisque „c“ et „d“ adiunxit, ut omnes mutae una serie starent. Unum videtur certissimum: fundamentum libri V[60] prius exstitit, quam id, quo nititur libri VI Priscianei fundamentum.

Superest, ut nunc in unum complectamur ea, quae tam longam viam permensi statuisse videmur. Primus — quod quidem noverimus — Varro statuit litterarum terminalium schema, duodecim litteras terminales agnoscens, cuius schematis proprius atque peculiaris erat ordo hic: vocales, semivocales, una muta „t“. Atque id quidem schema cum a Lucio Crassicle Pansa esset receptum, per eius artem grammaticam ad posterioris aevi grammaticos permanavit; quo factum est, ut id apud Charisium, Consentium, Donatum deprehendere possemus. At nescioquis alia muta — „c“ scilicet — pro littera terminali agnita id schema auxit ampliavitque, sed ita, ut litterae terminales eodem ordine quo apud Varronem deinceps se exciperent, scilicet hoc: a, e, i, o, u, l, m, n, r, s, x, c, t. Alius autem grammaticus e genuino Varroniano ordine fecit schema quattuordecim litterarum terminalium mutis „c“ et „d“ agnitis, sed dum Varronianae inhaeret memoriae, illud „t“ ultimo loco retinuit,

---

[59] Priscianus antequam p. 195,19 singulas extremitates tractandas susciperet, praemisit haec: *Quattuordecim sunt literae terminales nominum, quibus Latinus utitur sermo*: *vocales omnes, semivocales similiter omnes absque z et f... praeterea mutae tres c d t* (p. 195,11). Habes igitur ordinem hunc: vocales, semivocales, mutae, sed illud scias velim praeter supra allatam mentionem eamque brevissimam in reliqua libri parte nec volam nec vestigium restare huiusce divisionis. Sequitur, ut Priscianus eam mentionem aliunde atque grammaticum libri VI fundamentum deprompserit.

[60] Ad eundem grammaticum atque libri V Priscianei fundamentum redire Phocae grammatici *caput Latinum* disputatiuncula *Quaestionum de Phoca grammatico specimen* ostendi.

gionis suae praeceptis lectorem voluerunt instituere[94], ipsam doctrinam ab adversariis defendere[95]. Sed et id curaverunt, ut martyr heros videretur summa sapientia atque virtute praeditus[96], primo quidem ut martyrii admiratione ceteri fideles ad passionem obeundam confirmarentur novique doctrinae Christianae conciliarentur sectatores, tum ut ecclesiae propagandae causa hominibus persuaderetur divinis quibusdam virtutibus ecclesiam adiuvari, quae una cum ea agerent.

Quae propagationis semina, postquam semel iacta sunt, non solum in populo uberem ediderunt fabularum et miraculorum fructum, quibus martyria ornabantur, sed ex rhetorica quoque arte, cum ecclesiae adversa cessit fortuna, sucos traxerunt pinguissimos, ex quibus encomia et panegyrici effloruerunt sermones, ubi non aliter atque in populi fabulis omnia maiora quam erant ostendebantur et mirabiliora[97]. Sed id quoque facile accidit, ut martyrum et passionum descriptiones non solum in populi fabulis, verum etiam in scriptorum operibus nonnumquam ad exemplar heroum et fabularum antiquarum conformarentur[98], aut martyriorum Christianorum argumenta diversa inter se confunderentur[99], aut denique qui martyria enarrarent ex Iudaeorum (Macchabaeorum) et paganorum martyrum actis quaedam repeterent suisque narrationibus insererent[100]. Quo factum est, ut Prudentii temporibus acta

---

[94] Cf. *Mart. Polyc.* (Ruinart, p. 90 c. 18), ubi natalem eius martyrii diem celebrandum legimus, tum in memoriam eorum, qui certamina pertulerint, tum in posteriorum exercitationem et alacritatem.

[95] Ad doctrinam Christianam exponendam et defendendam longiores adhibebantur orationes, quibus martyres fingebantur diserte respondere ad ea, quae sibi in quaestionibus obicerentur vel proponerentur.

[96] Nam Deum ipsum cum martyribus in tormentis egisse fingebant ac tortos adeo adiuvisse, ut doloris ac laboris patientes essent supra quam homines esse possent, quin etiam dolore omnino non tangi viderentur; doctissimasque martyribus in os imponebant orationes, ut doctrinae Christianae peritissimi, in Scriptura sancta versatissimi haberentur.

[97] Quomodo acta martyrum sincera paulatim in fabulam transformata essent, H. Delehaye monstravit Romani Antiochensis martyris exemplo usus (*S. Romain d'Antioche*, Anal. Bolland. 1932, p. 241—283).

[98] Quemadmodum Hippolyti martyrium compositum est (*Perist.* XI), ubi ad id potissimum, quod nomine martyris significatur „ab equis esse direptum", passio videtur esse conformata haud aliter atque in fabula illa, qua Hippolytus Thesei filius a Neptuno punitus atque ab equis traditur esse direptus (de quo poetae Latini scripserunt: Ovid. *Metam.* libro XV; Seneca *Phaedra*).

[99] Quod factum est in Cypriani passione, ubi quaedam ad Cyprianum Antiochensem pertinentia confusa sunt cum vita Cypriani Carthaginiensis. Quam traditionem scimus et Gregorium Naz. esse secutum (cf. Th. Sinko: *De Cypriano martyre a Greg. Naz. laudato.* Cracoviae 1916), et Prudentium (*Perist.* XIII).

[100] De Macchab. martyrio ac memoria in Christianorum passionibus obvia cf. quae posteriore huius dissertationis parte exponuntur. — De actis martyrum paganorum, qui dicuntur — quos constat philosophos fuisse a tyrannis afflictos — martyriorum Chrystianorum exemplis cf. J. Geffcken: *Die christl. Martyrien*, Hermes 45 (1910), p. 480 sqq.; R. Reitzenstein: *Hellenist. Wundererzähl.* Leipzig 1906, p. 37 sqq. Nam Christianorum persecutores et ipsi tyranni sunt vocati (e. g. in *Mart. Lugdun.*, cf. Ruinart: *o. c.* p. 112 cap. 8).

A RECONSTRUCTION OF THE ORIGINAL OF THE „CAPTIVI"

By

BARBARA KRYSINIEL-JÓZEFOWICZ

There is no doubt about the fact of Plautus dealing with his models with entire freedom. But we would like to examine to what extent, how far, he could diverge from the originals while creating his own plays.

Registers of Plautus' deficiencies in what concerns structure have been repeatedly made. Minute registers have been kept both of his deficiencies in structure and of his shortcomings in characterisation. Attempts have been made to explain them in different ways. Prof. John N. Hough in his article: *The Structure of the Captivi*[1] undertakes the task with reference to the *Captivi*. Though he may be wrong in his general attitude, he gives some impulsive suggestions. It is hard to repel the impression that a too formal point of departure led the author to misunderstand the play.

According to Prof. Hough all the structural mistakes in Plautus' *Captivi* are due to the introduction of the Ergasilus' part. This point of view is not new, as we know. It can be considered as one of the consequences resulting from the alterations made in the original of the *Captivi*. But this assumption does not explain Plautus' whole work.

In his interpretation Prof. Hough seems to fail to keep in sight some details that are intrinsically united with the plot of the comedy. They postulate an explanation all the more since behind them we find the clue that leads us to the core of the action in the model.

Plautus does not conceal the fact of his dealing with the characters of the original with considerable freedom; and while transforming their parts, at the same time he alters the action of the original.

Whoever is acquainted with the Greek comedy, or at least with Terence, cannot deny that both in the Greek comedy and in Terence the interplay of the characters inevitably led to the plot. After a long development both the tragedy and the comedy attained a degree of perfection where certain postulates of dramatic technique could not possibly be overlooked. Therefore, wherever we come across any transgression of the rules of dramatic technique we may infer that Plautus changed the plot of the original. Mistakes of that kind are quite common in Plautus' *Captivi*.

Prof. Hough fails to examine the very important problem from whom the captives learned about the plan formed by Hegio and referring to their future. What made them exchange their clothes. In Plautus' play we learn

---

[1] American Journal of Philology 1942 p. 26—37, supplied with a very detailed bibliography on the subject.

in esse suo. Et faciunt demonstracionem huius intencionis de puero, qui, donec paruulus est et tener, non recipit sciencias nec habet intellectum, eo quod corpus eius tenerum est et humidum et non peruenit ad robur suum. Quia si hoc esset, quod anima esset alterius creacionis quam corpus, quare corpus impediret animam ad intelligendum, maxime cum infirmato corpore anima infirmetur et infatuetur, ita quod propter infirmitatem corporis uaria uideat et loquatur et minuatur intelligencia sua? Hii intelligunt et comprehendunt magnam Dei scienciam et eius opera ex membris corporis et substancia et neruis.

Et ego iam declaraui in libris, quos aggregaui, huiusmodi questiones et ostendi impossibilitates earum et destruxi eas secundum uiam ueritatis sciencie. Cui assistentes scolares dixerunt: Domine et magister noster, doce nos, que sit recta sciencia, quam homo debet discere et intelligere, ac quomodo ascendit per eam ad magnum gradum sciencie rectitudinis?

Quibus respondit Aristotiles: Nulla scienciarum est similis sciencie philosophie, que clarificat animam et facit eam delectari in hoc seculo in perfeccione et rectitudine, quod est principium bene esse sui; et per illam datur ei comprehendere et intelligere bonum alterius seculi, et qui inuenit eam, uitam inuenit in utroque seculo. Quia in octo libris primis inueniuntur omnes uie sciencie, quibus homo potest comprehendere et habere principia ad uias omnium methodorum et scire raciones adductas super eas, que racionabiliter adherent rebus disputabilibus et que discoherent ab eis non habentes rectam uiam, per quam aliquid ueri sciri ualeat. Et huiusmodi raciones sunt uicine ueritatis et tamen uere non sunt, nec sunt utiles, set sunt, ut per eas ostendatur audacia loquentis in sciencia sua ad debilitanda uerba socii sui et superanda uerba ui sue sciencie cum racionibus ordinatis et mirabilibus, ad hoc quod socius non habeat potenciam resistendi. Et hec sciencia utilis est, ut est utilis scorpio in tyriaca, que licet sit toxicum, tamen si datur pacienti, dolorem minuit

---

332 in *om. D* 335 esset[1]: esse *A* quod anima esset *om. A* creacionis: creatoris *E* 336 quare *HLM*: *om. ABCDExyz* cum: tamen *C* 337 ita: ista E_1 338 infirmitatem: influitatem *z* uaria: -at *E* loquatur + corporeitas *D*: cor periscat *E* 339 eius + et *E* 340 opera: operacio E_2 corporis — libris *om. A* et[1] *om. Cz* et[2] *om. D* neruis: in uiis *C*: finis *BDE* 342 impossibilitates: -em *E* uiam: ueram E_1 343 assistentes: astantes *D* 344 sit: scit DE_1 (*primo, deinde* c *littera expuncta*) + sciencia *E* debet: habet *expunctum D* discere: dicere AE_1: scire *y* 345 ascendit: attendit *C* 346 est similis *inv. E* 347 clarificat + hominem *E* 348 illam: eam *E* 349 inuenit *om. E* 350 libris primis *inv. DE*: primis *om. x* 352 principia: -ium E_1 scire: sciencie *D* adductas: addiscas *E* 353 eas: ea *y* adherent: adhiberent *y* 354 rectam uiam *inv. B* aliquid: ad *D* ueri: uir *z* sciri: -re *z* 355 ueritatis: -ti *ABDExyz* tamen: cum *D* 356 eas: eam *D* *post* sciencia sua *desinit D* 357 debilitanda: -ndum E_1: belitanda *C* uerba: -bo *B* et: in *A* superanda: supetanda E_2 ui sue: uie sue *C primo, sed corr.*: in sue *B*: uicinie E_1: uicine E_2 358 mirabilibus + et E_1 *x* 360 tyriaca (*i. e. theriaca*): thyanta E_1: thyarita E_2 que: quia *BEx* datur: dicatur *B* pacienti: paciencie *C* dolorem: dolor enim *Cz*

Geta apud Demiphonem (Ter. *Phorm.* 426): *Iratus est.* Alium animi habitum apud filium Clitiphonem Chremes his verbis tangit: *Sed ipse egreditur, quam severus!* (Ter. *Heaut. timor.* 1023). Bis denique de risu Pythiae ancillae sermo est (Ter. *Eun.* 1007): *...quid rides?* et *ibid.* 1017: *...etiam rides?* Uno autem loco de fletu: *Quid lacrumas?* (Ter. *Adelph.* 679) Micio filium interrogat. Hi omnes affectus, maeror scilicet, laetitia iracundiaque, quin etiam varii animorum status, ut metus, gravitas, securitas, gestu aut totius corporis motu aut gressu optime exprimi possunt. Ipse iam Terentius securitatem servi Parmenonis ex Pythiae ancillae persona describit, quae, quod vidit, ut supra describit (*Eun.* 918 sq.). Risus autem, de quo Ter. *Eun.* 1007 et 1017 sermo est, haud dubie clarus fuit, non mimicus sed voce expressus[21]. Etiam fletus in scaena non solis lacrimis exprimi potest. Saepe singulari gestu, ut puta vultu, palmis, lacrimabili vocis sono, sermoni addito, desperatio multo melius exprimi potest. Terentianorum actorum animi motus, quantum e prolatis adhuc exemplis iudicare possumus, simplicissimi sunt.

Unus tantum apud Terentium locus, *Phorm.* 216 sq., latius et copiosius tractandus est. Geta servus propter commissa delicta, quae adventu patrum manifesta facta sunt, sibimet ipsi iam non temperat. Cuius animi perturbationem Antipho iuvenis his verbis refert: *quid illic commotus venit?* (Ter. *Phorm.* 183). Ipse quoque Geta aperte dicit *ibid.* 187: *quom mihi paveo.* Deinde ubi Geta cum utroque iuvene locutus eos de adventu patrum certiores fecit, iam Antipho metu affectus est, ut legimus v. 204: *Non sum apud me.* Duobus versibus, qui sequuntur, Geta, ne se coram patre sollicitum ostendat, iuvenem admonet, cui Antipho se animum suum comprimere non posse respondet: *Non possum inmutarier.* Postremo cum Geta et Phaedria ei instarent et se abituros eumque sine solacio et auxilio relicturos esse pollicerentur, Antipho ut vultum suum mutaret, laborare coeperat: *quid si adsimulo? — satin est?* (*ibid.* 210 sq.). Cui Geta: *garris* fervide respondit. Tum Antipho se ab animi perturbatione iam paululum liberavisse hoc eis demonstrat: *Voltum contemplamini: em, / satine sic est?* Sed Geta ne ea quidem re contentus fuit. Iterata Antiphonis cura res melius processisse videtur, quam ob rem Geta iuvenem verbis *prope modum* consolatus est. Continuavit conata Antipho, donec servi verba *sat est* finem iuvenis laboribus imposuerunt.

E Donati adnotationibus, quae Terentii locum modo allatum explicant, apparet moribus Getae ab Antiphone verbo *commotus* descriptis eius animi perturbationem proditam esse: *modo commotus perturbatus atque conterritus* (Donat. *Comm. ad Ter. Phorm.* 183). Quod vero Antipho, cum de adventu patris a Geta (*erus adest*: Ter. *Phorm.* 184) certior factus esset, timore affectus est, ex quo ei continuo reficiendum fuit, Donatus Antiphonis verbis, quibus

---

[21] Conf. Donati *Comment. ad. Ter. Eun.* 1017: *apparet eam ex huius stomacho vehementius cachinnare.*

It is a recapitulation of the original's plot and of its issue. In this manner Plautus' audience becomes acquainted with the action, but the plot is drawn out from its primary context by being told beforehand.

What material did Plautus leave for the exposition? He changed the prologue which entailed a change in the exposition. If we come across some allusions to the prologue in the first few scenes of the play, we may explain them by the fact of transforming by Plautus his original without troubling much about any subtleties. Ergasilus' hint as to the manner in which Hegio means to recover his son should not therefore surprise us vv. 98 ff.:

Nunc hic occepit quaestum hunc fili gratia
Inhonestum et maxume alienum ingenio suo:
Homines captivos commercatur, si queat
Aliquem invenire, suom qui mutet filium.

These verses refer to some circumstances in the original which are mentioned in the prologue. Hegio purchases the prisoners in order to exchange them for his son. Is it not strange that Hegio should purchase the prisoners as if trade were his profession? Cf. vv. 129 ff.:

Aegrest mi hunc facere quaestum carcerarium
Propter sui gnati miseriam, miserum senem.

Hegio is acting like Hanno in *Poenulus* who also uses a rather extravagant method for finding his daughters. Both the old men are given rather strange personalities by Plautus who by all means aims at comic effects. It is therefore no wonder that his characters are remote from their prototypes. Would it be possible in a Greek comedy for Hegio to purchase prisoners and to place them at his brother's despite the fact of the former being aware of the troubles likely to result vv. 126 ff.:

Ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos:
Visam ne nocte hac quippiam turbaverint.

The above incongruity should be looked upon as the result of one of those Plautinian transformations. He destroyed the exposition in the original to such a degree that only motives from the source have remained intact. Some passages in that part of the comedy indicate that the course of the action in the original was not so simple and ready made as it is in Plautus. Their primary sense can be recovered in particular where the passages are at variance with Plautus' action.

What Hegio says when he appears for the first time on the stage belongs to the category of these unexpected motives which seem to refer to some primary circumstances slighted by Plautus vv. 110 ff.:

de Trevisa (a. fere 1387), qui Radulphi Higden *Polychronicon* in linguam patriam convertit[16].

Etiam initio saec. XVI, florentibus renatis litteris, novit libellum Caelius Rhodiginus Italus, scriptor non ignobilis, atque ita de eo verba facit: *Pomi porro praesuavi odore prorogatam aliquamdiu Aristoteli vitam in eius tituli libro — quisquis sit auctor — adnotatum comperi* (*Lectionum* l. XXVI c. 21)[17]. Deinde tamen cognito vero Aristotele Graeco simplex illud etsi fortasse non illepidum medii aevi inventum paulisper in contemptum venit atque omnium paene memoria excidit, ita ut non nisi novissimis temporibus denuo ex vetustis codicibus ac libris typis excussis ab iis, qui Aristoteli Latino indagando operam navarunt, erutum sit. Quae cum ita essent, minime mirum, quod nemini adhuc curae fuit obsoleti atque contempti libelli novam editionem parare eumque innumeris paene mendis vitiisque, quibus a cunis fere obsitus erat, sublatis ad pristinam veramque formam revocare.

Nos cum fabellae ad Aristotelis vitam fataque spectantes, cum antiquis tum recentioribus temporibus conflatae, admodum delectarent in eisque colligendis ac pervestigandis iam aliquot annos consumpsissemus, maiore quodam opere historiam eius veram atque fabulosam aliquando illustraturi[18], operae pretium duximus id quoque litterarum monumentum, etsi non immerito inter portenta referendum[19], in lucem promere atque doctorum virorum studio diligentiaeque commendare. Quod eo magis faciendum nobis arbitrati sumus, quod initia edendi Aristotelis Latini nostrates homines pepulerunt[20]; ne igitur commota prius a Polonis studia deinde ab iis intermissa viderentur, si nihil aliud id quidem laboris ad communem usum conferre placuit.

II

Libri *De pomo* verus auctor atque origo ignorantur; id tantum constat notum eum fuisse iam Arabibus saec. X, deinde a docto Iudaeo Abraham Halevi filio Hasdai Barcinone annis 1235—1240 Hebraice versum mox ex Hebraeo in Latinum sermonem translatum esse[21]. Latinae versionis, quam infra edimus,

---

[16] Hertz: *o. c.* p. 378 sq.

[17] Hertz: *o. c.* p. 379 sq.

[18] Non inutile credo fore lectoribus, si hoc loco commentationum mearum ad eam rem spectantium indiculum inveniant: *Arystoteles trucicielem Aleksandra W.* [*De Aristotele Alexandrum M. veneno necante*] (Meander III 1948, pp. 492—501); *De Andronici Rhodii studiis Aristotelicis.* Kraków 1946, pp. 2—6, 18—26; *De Aristotelis epistulis observationes criticae* (Eos XLV 1951, pp. 77—85) *De Hermippi vita Aristotelis* (Charisteria Th. Sinko... Vratislaviae—Varsaviae 1951, pp. 271—287); *Postać Arystotelesa w legendzie wieków średnich* [*De Aristotele in medii aevi fabellis*] (Życie i Myśl II 1951, pp. 454—474); *Postać Arystotelesa w historii i w legendzie* [*De Aristotele vero atque fabuloso*] (Sprawozdania PAU L 1949, pp. 6—7). Cf. praeterea adn. 1.

[19] *Insipide compilation* dicit Lecoy: *o. c.* p. 553.

[20] Cf. *Aristoteles Latinus* p. 5.

[21] Steinschneider: *o. c.* p. 267 sq.

it from the prologue. But the captives should not know it until the development of the plot allows them to learn it. Plautus removes the demarcation lines between the separate sections of the play, thus depriving them of their specific logic.

It suffices to read the scene in which the captives are introduced for the first time. They leave Hegio's home without any immediate motivation, for their appearance, and they sing a canticle. They have already exchanged their attire and they are talking about it. They do not know yet why they have exchanged their attire, but the shift will soon appear most profitable to them. The importance of that sort of disguise is stressed in vv. 221 ff.:

Neu permanet palam haec nostra fallacia.
Nam doli non doli sunt, ni⟨si⟩ astu colas,
Sed malum maxumum, si id palam provenit.

and v. 250:

Inest spes nobis in hac astutia.

The scene with the captives does not add anything to the action. Their appearance on the boards at that precise moment of the action retards it rather than moves it on. Some direct impulse for their plan is missing. Tyndarus' offer which will result in terrific effects, seems quite nonsensical here. The exposition in the original, which is missing in Plautus' play, should be looked for by means of an examination of Plautus' exposition. The latter contains some traces the meaning of which is doubtlessly significant for the reconstruction of the original.

Such are all the motives recurring frequently without any good reason for their being repeated. What is more, they are often in contrast with the action. Their origin can be easily detected; when Plautus transforms the action of the original, he does it by means of elements inherent in the original action. Another fact ought to be taken into consideration. If Plautus used to transform his originals in their final scenes, which has been proved, I do not see why he may not have transformed them from the very beginning.

In this respect some of Prof. Hough remarks have doubtless a great value. He detects the weak compositional points in the first few scenes of the *Captivi*. But he does not seem to realise that Plautus, inspired by the original, develops his own devices upon the Greek substratum. This was a very natural result of the tendency inherent in Plautus: to create a play for the requirements of his contemporaries.

How could we otherwise explain his polymetrie which contrasts with the metrical monotony used in the Greek comedy? His desire for immediate success was compelling him to change both the contents and the course of the action in the original.

religiosus Ordinis Minorum, qui inter ceteras „quaestiones disputatas“, quarum memoriam cod. Vatic. Lat. 1012, saec. XIV ineuntis servavit, eam etiam posuit, qua ambigitur, *utrum Aristoteles sit salvatus* (f. 127r—127v)[9]. Saeculo fere praeterlapso eandem opinionem amplexus est Petrus Phylargyres (vel de Candia), qui postea pontifex Romanus factus Alexandri V nomen accepit (1409—1410)[10]. Alii tamen, ii praesertim, qui contenderent Aristotelem in Christianorum caelum receptum aeterna ibi beatitudine frui, libellum nostrum vere Aristotelis esse credebant eiusque in ea re confirmanda auctoritatem adhibebant. Quorum secta Coloniae praecipue valuit, ubi illustris Coloniensis scholae magister Albertus de Monte (mortuus a. 1499) peculiarem librum edidit, quo *De salute Aristotelis* disseruit[11]. Idem fortasse auctor fuit metricae versionis libri *De pomo*, cuius initium tantum nobis servatum est[12]. In Polonia commemoratur *De pomo* a Stanislao de Scarbimiria, primo renovatae universitatis Cracoviensis rectore, in oratione qua Petrum Wysz a. 1392 episcopum Cracoviensem electum laudibus extulit[13]. Item Nicolaus de Błonie, eiusdem universitatis alumnus, qui saec. XV sermonibus suis non parum laudis consecutus est, in mentionem eius incidit, cum dicit: *dicit* Aristoteles, *quod anima intellectiua distinguitur a vegetatiua sicut incorruptibile a corruptibili. At idem pulchre in li(bro) De pomo et morte*[14]. Inde si quis coniecerit etiam in universitate Cracoviensi saec. XV libellum nostrum lectitatum esse, a vero fortasse non multum aberrabit, praesertim cum et codices *L* atque *M* (de quibus infra p. 200), ambo Cracoviensis certe originis, glossis adnotationibusque conspersi, ut id in libris scholasticis eius temporis fieri solet, a studentibus vel magistris huic opusculo interpretando operam navantibus conscripti videantur.

Librum *De pomo* multis tunc viguisse vel ea re comprobari potest, quod notitia eius usque ad vernaculos scriptores manavit. In Gallia Ioannes Lefèbre poeta (saec. XV) initio carminis quod inscripsit *Respit de la mort* argumentum eius paucis versibus refert[15], in Britannia vero mentionem eius facit Ioannes

---

[9] A. Ch. Chroust: *A Contribution to the Medieval Discussion: utrum Aristoteles sit salvatus* (Journal of the History of Ideas VI 1945, pp. 232, 234).

[10] *Ibid.* 234, adn. 9.

[11] *Ibid.* 235.

[12] Chroust: *o. c.* p. 237. Nullos equidem novi huius poematii, quod inscribitur *De vita et morte Aristotelis*, codices mss. Traditum est in editionibus typis excussis satis multis, cum separatim (*Gesammtkatalog d. W.* nr. 2498) tum una cum Aristotelis *Problematis* (*ibid.* nr. 2468—2477), in unum conflatum cum εἰσαγωγῇ quadam metrica ad legendum Aristotelem, a qua ea re facile discerni potest, quod haec hexametris Leoninis in caesura atque in fine eodem exeuntibus sono constat, cum libri *De pomo* versio metrica hexametris binis homoeoteleuto secum coniunctis scripta sit. Utramque partem recte distinxit Hertz: *o. c.* p. 380.

[13] Cod. Cracoviensis Bibl. univ. 191, p. 616: *ut dicit Aristoteles in libello De pomo et morte.* Indicavit mihi hunc locum Sophia Kozłowska-Budkowa, quae Stanislai orationum editionem parat.

[14] Editio Coloniensis a. 1613, tomo I, p. 71.

[15] Lecoy: *o. c.* p. 509.

est cum ea incarcerata et contrahitur ex terra et inquirit delectaciones corporis in commessacionibus et potacionibus et delectacionibus ad instar aliorum animalium non habencium animam sapientem, que faciat eam compescere motus et desideria sua. Quia per hos gradus excedit homo comparem in gradu, quando dominatur uoluptatibus suis et cohercet naturam suam horrendo oblectamenta corporis, que immundant ipsam, set inquirit delicias anime in addiscendo sciencias Dei, qui creauit sua sapiencia seculum suum, et inuestigat uias suas et intelligit secreta sua. Et tunc aperti sunt oculi anime et deliciantur multum et delectantur delectacione dissimili delectacionibus corporis, quia omnes illecebre corporis finiuntur et terminantur in nichilum et destruunt substanciam suam et faciunt ipsum descendere ad interitum. Set delectaciones anime sunt intelligere creatorem suum, considerare opera celorum et sapienciam suam cursusque sperarum et formas earum, et quod omnia firmata ėt fundata sunt in sapiencia. Et si sua sciencia non potest comprehendere huiuscemodi magnos gradus, speculetur homo se ipsum et subtilitatem membrorum suorum, unumquemque neruorum prestancium sibi motum et trahencium corpus ad quietem et motum et uirtutes insitas in unoquoque membro ad seruicium corporis, in quo nichil addibile uel minuibile est, et per hoc potest cognoscere creatorem suum in mente sua et sciet, quod sciencia hominis, dum est in uita, est despecta, et anima, que desiderat scire huiusmodi sciencias et addiscere ipsas, est perfecta et recta, et hec anima non tristabitur nec turbabitur, quando recedet a corpore, quod contradicit perfeccioni desiderii et inquisicionis sue.

Et nescitis, quod philosophus purus et perfectus mortificauit omnia desideria sua in hoc seculo in commessacione, potu et uestitu et aliis delectacionibus et thesauris auri et argenti, et contempsit omnes delectaciones adducentes ipsum ad destruccionem corporis et anime? Quia

---

176 contrahitur: contrariatur *ABDExyz* terra: certa E_1 177 corporis+et *C* commessacionibus *om. D* et[1]: uel *A*: in *C* 178 aliorum: alium *D* non: i *x* faciat: -it *By* 179 sua *om. A* quia *om. E* hos: os E_2 *om. x* 180 homo: huius E_1 in: sui *A*: suu *B* 181 horrendo: -nda *E* immundant: -dat *E*: -dam *A* 182 addiscendo: addicendo E_2 + animas *E* qui: que *A* 183 sua + suam *E* sua sapiencia *inv. D* sapiencia: -am *E* + sua *B* seculum: secundum *A* seculum suum *inv. E* intelligit: -gi *A* 184 oculi *om. A* anime: anu *spatio vacuo relicto* E_1 deliciantur: delectantur *Bz* multum *om.* E_2 185 delectacionibus *om. E* 186 terminantur: determinantur *D* in *om. E* et[2] *om.* E_2 destruunt: desctunt *A* 187 suam *om. E* 188 celorum: colorum *A* 189 suam *om. E* et[2] *om. A* formas: -am *D*: -arum *x* 190 et fundata *om. B* si: in *ABDExyz* 192 unumquemque: unumquodque DE_1z neruorum: uernorum *E*: numerorum *Cyz* 194 ad: et *E* 195 nichil: uel E_1 uel: et *B* potest: propter *A* potest cognoscere *inv. D* 196 mente: veritate *x* sciet *corr. e* sciat *C* dum: cum *z* 197 et[2] *om. E* addiscere: addicias E_1 198 ipsas: -am *A* est: et E_1 hec: hoc *A* 202 potu: motu *C* 203 et[2]: de *E* contempsit: -psis E_1 204 quia: et *Ex*

SOME REMARKS ABOUT WEBSTER'S *STUDIES IN MENANDER* MANCHESTER 1950

By

BARBARA KRYSINIEL-JÓZEFOWICZ

With an obvious power of far reaching vision Prof. Webster divides Menander's comedies into several classes and discusses them in detail. His deep knowledge of the subject requires much attention and care for us to investigate those valuable suggestions referring to all Menander's comedies. Prof. Webster's views, however, of the Roman comedy as a reproduction of the Greek comedy, evoke in me certain objections. His assertion on p. 26 seems to be insufficiently motivated. Prof. Webster says: *Actual parallels with the Greek original are strong evidence of the faithfulness of the adaptation*; *where a Roman play suggests a scene or situation to stop a gap on the lost stretches of a Greek original, this is also some evidence of the faithfulness of the Roman poet.*

I agree with it but with reference to Terence only. As to Plautus, Prof. Webster seems to be valuing him by the same standard as he judges Terence. As an example I should quote the *Aulularia*. In his chapter under the heading *The Original of the Aulularia* (p. 120 ff.) Prof. Webster puts aside the titles of Menander's comedies which had been proposed by scholars as possible originals, and puts forward his own suggestions: *I prefer to regard the Apistos as the original* (p. 121). With reference to one fragment of that comedy which is available to him Prof. Webster says: *The one fragment* (64 K) *...could perhaps belong to the prologue and refer either to „Euclio" or to „Euclio's" grandfather.* But neither in the *Aulularia's* prologue do we have any such suggestion, nor does the comedy itself confirm Prof. Webster's assumption. Is there really a proof of the chief object in Menander to be the portrayal of Euclio? If it were so, how should we explain the strange fact of Plautus faithfully following Menander and transmitting Euclio's personality as an indefinable one up to the degree of endowing him with manifold psychological features?

Prof. Webster himself admits (p. 126): *Euclio's action may not be entirely sensible but the sequence of the scenes is admirable comedy.* It is admirable comedy indeed, not Menander's however, but Plautus'. Menander's audience was by far too exacting to pass over the absurdity inherent in the chief character (cf. Antiphanes' extant remains from the Ποίησις). I have pointed out the probable working of Plautus' inspiration and the way he drew upon his sources with reference to many of the comedies of that Roman poet. I regret that Prof. Webster seems to have only glanced through my dissertation *Der Plautinische Poenulus und sein attisches Vorbild.* From what he says on p. 134 ff. I gather that he has failed to take up my suggestion of Plautus often creating his own action. Just because of that is the sequence of scenes in the *Aulularia* admirable comedy.

We certainly may, nowadays, bring forward the hypothesis that *Aulularia's* source could have been some comedy entitled „Ἐπίκληρος"[1]. This motive was worked up over and over

[1] I have written on the composition of the *Aulularia* in *De Plauti Aulularia eiusque exemplari Graeco* (Tow. Nauk. Warszawskie 1938) and again in *Once More About the Original of the Aulularia* (Eos 1952/53). I do not intend repeating my deductions in detail.

Orsus est itaque a medio fere saeculo VI et ad XII usque progressus: ulteriora duo vel tria saecula quominus accuratius pertractaret ea re impeditum se esse dicit, quod innumerabili fontium materia plane obrueretur; quocirca delibavit ex iis quidem non pauca, plura tamen omittere coactus est. At contra omnium Europae regionum fontes aequaliter in examen vocare conatus est, quod quantum ei effecisse contigerit, tunc videbitur, cum index librorum ab eo excerptorum emittetur. Ipse multa milia diplomatum atque plures ceterorum fontium centurias a se perlectas esse fatetur.

Fuit igitur in auctoris proposito delectum tantum earum rerum praebere, quae aliquando maiore illo lexico fusius tractanda erunt. Sunt sane in eius modi delectu conficiendo multa, quae ex mero scribentis arbitrio pendeant, qui rectene an minus officio suo functus sit, dinosci non potest, priusquam usu ipso libri eius apparebit. Nobis primum illum fasciculum evolventibus id ante omnia in mentem venit eum ab historico historicorum gratia esse compositum. Neque aliter fieri potuit, cum totum opus, quantum ex praefatione atque ex exemplis allatis iudicare licet, imprimis chronicis varii generis atque diplomatum syllogis innitatur. Quapropter copiosissime acutissimeque explicantur in eo omnia, quae ad antiquitates medii aevi cum divinas tum humanas spectant, sed ceterarum rerum vocabula, immo termini vel frequentissime usurpati non nisi raro occurrunt. Liceat pauca eius rei proferre exempla. Desideratur v. g. omnino *analogiae* vox, quae quam multiplices habuerit apud philosophos scholasticos significationes, vix est quod moneam. Item cum substantivo *agens* tota fere pagina concessa sit, de philosophica eius vi nihil annotatum est. Nulla mentio fit *actus*, qui *potentiae* opponitur et quotiens in variis locutionibus etiam ad vitam communem, non ad philosophiam solum spectantibus (ut *actu presbyter*, *actu regens* etc.) occurrat, nemo earum rerum peritus ignorat. Sed mitto philosophiam et ad scientias, quae in naturae cognitione versantur, transeo: in usu erant iam XIII saeculo astronomorum instrumenta, quae nominibus ab Arabibus assumptis *almuri* et *alhidada* appellabantur, sed ea quoque apud Niermeyerum desiderantur. Nihil de *algoristis* legitur (i. e. computatoribus; qui Arabicis numeris utebantur), quamquam et qui eis apponuntur *abbacistae* et ipsa *algorismi* vox commemoratur. Veniamus ad litteras: de *accessibus ad auctores*, de quibus olim G. Przychocki (1912), nuper vero Quain (Traditio III 1945, 215—264) disputaverunt, item altum agitur silentium. De omnibus, quae ad grammaticam et elocutionem spectant, penitus omissis nihil dicam, haec enim consulto a se praetermissa esse auctor ipse diserte testatur (praef. p. III).

Historicum historiae studiis nimis indulsisse (etsi non sine ceterarum disciplinarum quodam detrimento) nemo profecto mirabitur neque tantopere ei irascetur, praesertim cum consideraverit, quam dilucide, quam accurate, quam scienter plurima medii aevi instituta in eius libro explicata inveniat. Exempla, quibus singulae significationes copiose instructae sunt, vim earum commode explorari permittunt atque ubi et quando usurpari coepissent ostendunt. Quin immo auctorem aliquando nimis in explicando dividendoque occupatum dixeris, v. gr. ad vocem *aditus*, quae cum „murum arcis“ tum „murum abbatiae“ tum separatim „murum oppidi“ significare dicitur (p. 39). Ut iam breviter comprehendam, quid sentiam, ita censeo: Niermeyeri lexicon ad illustranda intellegendaque medii aevi diplomata aut commentarios historicos ita esse accomodatum, ut vix quidquam ad eam rem fieri possit utilius, ad Latinitatem tamen eorum temporum cognoscendam minus valere.

Nunc pauca de externa libri compositione addenda videntur. Atque primum vehementer mihi probatur auctoris consilium, ex quo eas etiam voces ac significationes libro suo comprehendere voluit, quae in recentiore quidem sed antiqua tamen Latinitate prodierant; immo in hoc ei assentior, quod eis meras interpretationes vernacula lingua conscriptas addidit nullis exemplis adiectis, ita enim ambigua illa atque ut ita dicam bifrons mediae Latinitatis natura, una ex parte sermonem Scripturae Sacrae atque Ecclesiae patrum redolens, altera vero sui temporis instituta exprimens optime illustratur, ut iam de commodo lectoris taceam, cui multa eorum verborum certe minus familiaria erunt. Haud aliter nos ipsi in *Lexico mediae et infimae Latini-*

again by Greek writers of comedy. We know that it was elaborated by Alexis, Antiphanes, Diodor, Diphilus, Heniochus and — last but not least — by Menander. The prologue to the *Aulularia* speaks of a girl who, owing to her piety for the tutelary genius of her home inherited the treasure hidden by her ancestors; in other words: she became ἐπίκληρος.

Among the extant fragments of various comedies under the same title, Menander's remains are nearest to the *Aulularia*, where contents are concerned. They represent the atmosphere of destitution which must necessarily pervade the action of the *Aulularia*. Fragment I is derived from the monologue at the beginning of the play. It may be spoken by the Greek „Euclio", who, driven out of the house by his sleeplessness, complains of the lot of the destitute:

I
Ἆρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατον;
ἐμὲ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται
λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον.

The motive of insomnia recurs also in the *Aulularia*. Staphyla, Euclio's maid-servant, speaks about her master's sleeplessness, vv. 71 ff.:

nescio pol quae illunc hominem intemperiae tenent:
pervigilat noctes totas, tum autem interdius
quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Fragment II and III are in accordance with the information given in the prologue. They may come from Euclio's conversation with his rich neighbour:

II
Ὥσπερ τῶν χορῶν
οὐ πάντες ᾄδουσ', ἀλλ' ἄφωνοι δύο τινὲς
ἢ τρεῖς παρεστήκασι πάντων ἔσχατοι
εἰς τὸν ἀριθμόν, καὶ τοῦθ' ὁμοίως πως ἔχει·
χώραν κατέχουσι, ζῶσι δ' οἷς ἐστιν βίος.
III
Τί δ' ἂν ἔχοι νεκρὸς
ἀγαθόν, ὅπου γ' οἱ ζῶντες ἔχομεν οὐδὲ ἕν.

The sense contained in those fragments becomes intelligible when we put them together with the verses from the *Aulularia* 9 ff.:

is quoniam moritur (ita avido ingenio fuit),
numquam indicare id filio voluit suo,
inopemque optavit potius eum relinquere,
quam eum thensaurum commonstraret filio;
agri reliquit ei non magnum modum,
quo cum labore magno et misere viveret.
ubi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit,
coepi observare...

Fragment III is particularly striking at the point where νεκρός is said to own some material good. Should the meaning of the word ἀγαθόν be perceived as that treasure which could be taken into their graves and kept by the dead? Let me remind the reader of the contents of Luscius Lanuvinus' comedy entitled Θησαυρός, where the treasure was retrieved in a tomb.

Fragment IV belongs to the point where the indigent man already knows by experience that being a father is a miserable condition:

Ἦ δεῖ μόνον
ζῆν ἢ γενόμενον πατέρα παίδων ἀποθανεῖν·
οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐστὶ τοῦ βίου πικρόν.

CONSPECTUS MATERIAE

	Paginae
Steffen Victor: De Aristophane a Cleone in ius vocato	7—21
Pianko Gabriella: La musica nelle commedie di Aristofane	23—34
Krokiewicz Adam: Quaestiones Democriteae	35—50
Steffen Victor: Ad Archilochi fragmenta tetrametra observationes criticae .	51—62
I. Ad Archilochi monumentum Parium	51—58
II. Ad Archilochi fragmenta 58 et 67a (Diehl[3])	58—61
III. Ad Archilochi fragmentum 56 (Diehl[3])	61—62
Świderek Anna: Le mime grec en Égypte	63—74
Wolski Józef: Pausanias et le problème de la politique spartiate (480—470) .	75—94
Skurzak Ludwik: Études sur les fragments de Mégasthène. Βραχμᾶνας-Σαρμάνας	95—100
Safarewicz Jan: Notes sur les langues italiques	101—105
I. Osque σακαρακκλιμ	101
II. Le développement de la diphtongue *eu* en falisque	101—103
III. Le génitif singulier des noms en *-o-* en latin	103—105
Brożek Miecislaus: De Prudentio — Pindaro Latino. Pars prior	107—141
Strzelecki Ladislaus: De grammaticis Latinis quaestionum particula . .	143—157
Krysiniel-Józefowicz Barbara: A Reconstruction of the Original of the „Captivi“	159—169
Swoboda Michael: De numero histrionum partiumque in comoediis Plautinis quaestiones. Res porro tractatur	171—190
Plezia Marianus: Aristotelis qui ferebatur liber De Pomo. Versio Latina vetusta interprete Manfredo duce. (Editio)	191—217
Bieńkowski Thaddaeus: Ioachimi Bilscii carmen q. i. Proteus de clade Gedanensium. (Editio)	219—226

Censurae librorum

Krysiniel-Józefowicz Barbara: Some Remarks about Webster's *Studies in Menander*, Manchester 1950	227—229
Plezia Marianus: Glossaria mediae Latinitatis (A. Souter, J. F. N. Niermeyer, F. Blatt)	229—234

Iam illud est — ut supra breviter admonui — huius grammaticae doctrinae imprimis proprium ac peculiare, quod unam tantum mutam — illud „t“ scilicet — habet pro apta, in quam nomina Latina exeant. Itaque qui hanc excogitaverat doctrinam, facere non potuit, quin nomina in „c“ desinentia — illa *lac* et *allec* dico — e lingua Latina tolleret. Non defuerunt, qui ea nomina recte se habere negarent. Etenim diserto Pompei grammatici testimonio edocemur Varronem illud *lac* pro pravo habuisse neque quicquam nisi illud *lact* legitimum esse dixisse[10]. En tibi ipsa Reatini verba[11]: *lac non debemus dicere, sed lact*[12]. Et reapse in Varronianis fragmentis, quae ad memoriam nostram sunt tradita, illud ipsum *lact* legitur[13] — id quod luculenter testatur Varronem non solum doctrinam suam in scriptis grammaticis exposuisse, sed etiam ipsum ei modestissime paruisse[14]. Usus est praeterea Varro illo *lacte*, *lactis*[15] ea fortasse re adductus, quod Caesar eius opinionem de illo *lact* vituperaverat, cum disertis admonuerat verbis nullum nomen Latinum in duas mutas posse exire[16]. Itaque quoniam Caesaris auctoritate Varro deterritus videtur esse, quominus illo *lact* uti perseveraret, maluit ad illud *lacte* refugere, dummodo ne illud *lac* agnosceret. Qui igitur tanto odio illud *lac* persequebatur, nulla re adductus esse videtur, nisi ut dicere posset nullum nomen Latinum in illud „c“ exire posse.

Sed quaeretur fortasse, quid illi *allec* esse faciendum Varro iudicaverit; nam cum illud *lac* exclusisset, facere non potuit, quin et illi *allec* quodam modo ultimum vale diceret. Cuius rei cum certiora indicia desiderentur, ad coniecturam est confugiendum. Itaque scito Verrium Flaccum — qui pariter atque Varro illud *lac* damnasse videtur, cum nihil nisi illud *lacte* legitimum esse censeret[17] — non illud *allec*, sed *allex* commendasse, id quod Priscianus Flavio Capro auctore usus luculenter testatur[18]. Quae cum ita sint, nonne credere

---

[10] G. L. K. V 199,10—15.

[11] Fr. 273 F. (= H. Funaioli: *Grammaticae Romanae fragmenta.* Vol. I, Lipsiae 1907, p. 293 sq.); conf. Strzelecki: *De Ps.-Capri „Orthographia“* (Eus Supplementa Vol. XXI Wratislaviae 1949, p. 21).

[12] Conf. Anecd. Helv. 120,6: *Varro: lac non debemus dicere, sed lact.*

[13] Conf. *candidum lact e papilla cum fluit, signum putant | partuis, quod hic sequatur mulierem e partu liquor* (*Andab.* 26).

[14] De nominis *lact* usu confer: Ritschl, *Opuscula philologica.* Vol. II, Lipsiae 1868, p. 574 sq.

[15] Conf. *de re rust.* II 1,4 et II 8,2.

[16] Audi Pompeium grammaticum: *sed dixit Caesar contra ipsum rem valentissimam, nullum nomen duabus mutis terminari* (G.L.K. V 199,14 = fr. 14, p. 152 Fun.). De re tota confer: *De Ps-Capri „Orthographia“*, p. 21.

[17] Conf. Charis. G.L.K. I 102,10 = 130,4 B: *et Valgius et Verrius et Trogus de animalibus* [*heres*] *lacte dicunt* (= Verrii Flacci fr. 18, p. 518 Fun.).

[18] *Inveniuntur... quidam veterum etiam haec allex feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus Verrium Flaccum posuisse allecem hanc dicens* (G.L.K. II 212,4= fr. 14 p. 517 Fun.).

„Euclio“ lives through some experience that brings his mind into a mood of pessimism. He might have learned of his daughter being led astray. If we are to draw further comparisons with the *Aulularia* it could have been indeed a shock hard for the father to live through.

The further remains indicate a connection with the *Aulularia* closer still than the one we have just mentioned.

The former fragments, with regard to their contents, depict situations which are quite frequent in comedies. But the fragments V and VI present motives having no like whatever. They contain quite unique motives. They introduce a cock and some other birds:

V. VI. Ἀλεκτρυών τις ἐκεκράγει μέγα.
...οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησί, τὰς
ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν.
Αὕτη πότ' ἐξεσόβησε τὰς ὄρνεις μόλις.

In the *Aulularia* the bird-motive recurs several times. In the vv. 465 ff. a cock is also brought in:

condigne etiam meus med intus gallus gallinacius,
qui erat anu peculiaris, perdidit paenissume.
ubi erat haec defossa, occepit ibi scalpurrire ungulis
cirum circa.

Some birds must have played a part in the original. Did they help to retrieve the treasure? The fact of the recurrence of the bird-motive further on in the *Aulularia* seems to indicate it.

I am not sure whether one may base any assumption on the analogy between Harpocratio's note p. 139,24 and one of Plautus' characters in the *Aulularia*. Let me, however, just mention the connection: Harpocratio informs us: τὸ ὄρον — παρὰ Μενάνδρῳ ἐν δευτέρᾳ Ἐπικλήρῳ σημαίνει ξύλον τι, ᾧ τὴν πεπατημένην σταφυλήν πιέζουσιν. By a strange concurrence of circumstances „Euclio's“ old female slave is also called „Staphyle“.

Toruń

GLOSSARIA RECENTIORIS LATINITATIS

Scripsit

MARIANUS PLEZIA

A Glossary of Later Latin to 600 A. D. compilled by Al. Souter. Oxford, at the Clarendon Press 1949, pp. XXXII et 454.

Mediae Latinitatis lexicon minus composuit J. F. N. Niermeyer, fasciculus 1, *ab — berewicus*, pp. XI et 96, Leiden, E. J. Brill 1954.

F. Blatt: *Le nouveau dictionnaire du latin médiéval.* Bruxelles 1954 (seorsum impressum ex Archivo Latinitatis Medii Aevi XXIV 1954, 43—83).

Optatissimum sane omnibus recentioris Latinitatis studiosis evenit, ut brevi temporis intervallo duo lexica, quorum censuram hoc loco facturi sumus, in lucem prodierint. Nam cum adhuc omnibus paene subsidiis essemus destituti, ex quibus recentiorum vocabulorum vim significationemque cognoscere liceret, nunc duobus simul instructi sumus, quibus si Blaisii illud *Dictionnaire latin-français des auteurs chrétiens*, quod Argentorati propediem editum iri speramus, accesserit, quantos ex iis omnibus capturi simus fructus, nemo ignorat. Habuimus quidem et grato animo utebamur glossariis, quae ante hos quinquaginta annos Bartal (*Glossarium mediae et infimae Latinitatis regni Hungariae*, Lipsiae 1900), nostris vero temporibus

tionibus habebantur, martyrum imagines pingebantur, martyrum ponebantur statuae[90].

Qui martyrum cultus eiusque signa atque instituta primo quidem iuxta veterum deorum et heroum cultum diesque festos tamquam aequa quaedam a Christianis celebrata, ut neophytorum turba rerum ac temporum necessitate ad Christianitatem coacta[91] sacrisque antiquis assueta similia quaedam sacra in Christianitate haberet, mox omnino sacrificiorum antiquorum dierumque festorum locum occupare coeperant, praesertim cum Christiani, imprimis ecclesiae orthodoxae, martyrum cultu haereticis praestantes id agitarent, ut institutorum sacrorum ac cultus similitudine quadam et accommodatione paganis ad Christianitatem atque ad ecclesiam orthodoxam eo faciliorem efficerent transitum Christique doctrinam omnibus, quibus possent, rationibus commendarent ac divulgarent.

Sed in martyrum cultu propagando litterarum usus non minimi fuit momenti. Nam ut Christi et Stephani et apostolorum passio ac mors ab antiquissimis Christianis accuratius est descripta, ita posteriorum quoque martyrum passiones scimus a fidelibus memoriae ac litteris traditas, litteras ad fratres in alias urbes antiquitus esse missas. Quarum exempla antiquissima litteras esse constat circummittendas illas, cum a Christianis Smyrnaeis ad Philomelienses de passione ac morte Polycarpi, episcopi Smyrnaei[92], tum a Lugdunensibus et Viennensibus ad Asiae et Phrygiae Christianos de Pothini et sociorum[93] martyrio datas.

Iam vero minime mirum est, si passionum descriptiones illae, etiam antiquissimae, non ieiunae tamen nec sincerae quaedam atque ad instar actorum magistratuum brevissimis componebantur verbis, sed re fusius explicata ad doctrinam Christianam propagandam accommodabantur. Nam Christiani non solum martyrium memoriae tradere, sed simul cum eo etiam doctrinae ac reli-

---

[90] Quae omnia ceteroqui notissima etiam Prudentii variis confirmantur carminum *Peristephanon* locis. Sed martyrum passiones a pictoribus expressae nescio an plurimam Prudentio ad carmina de coronis componenda praebuerint materiam, quod ut ex *Perist.* IX et XI cognoscimus, ita ex aliis conicimus locis (quale est, quod *Perist.* X v. 1121 sqq. legimus, ubi poeta angelum refert ipsa pingentem Romani martyris vulnera stilo expressisse). Ceterum de martyrum memoria apud Christianos IV imperii saeculo imaginibus ac simulacris illustrata cf. etiam Th. Sinko: *De Gregorii Naz. laudibus Macchab.* (u. s.), p. 14: *Sed fortasse ad picturam in templo collocatam, qua Macchabaeorum martyrium effictum est, orator* (scil. Gregorius) *audientium oculos direxit, ut Nyssenus fecit, qui cum Theodorum laudaret martyrem, pictoris opus quoddam his demonstravit*, etc. (in Theod. col. 737 d). Similiter Asterium constat Euphemiae martyrium descripsisse imaginibus illustratum (*hom.* XI), Basilium autem in *hom. de Barlaam martyre* dixisse se oratorem in describenda passione eius pictoribus cedere. Cf. etiam *hom. de Gordio martyre*, ubi orator cum pictore comparatur.

[91] Partim iam Constantino imperante (cf. Labriolle: *Réact. p.*, p. 445 sq.; 450 sq.; 478 sq.; F. Lot: *Fin du monde ant.*, p. 37 sq.).

[92] Qui passus est medio fere II imperii saeculo (a. 155).

[93] Omnes passi M. Aurelio imperante (a. 177).

Uelimus nolimus, confitemur sic esse. Dixit: Si ita est, sicut dicitis, bonum, quod prouenit homini ex scienciis, et magni gradus, quos apprehendit per eas, aut proueniunt homini in hoc seculo, in quo sumus hodie, aut post mortem in alio seculo. Si uos dicitis in isto seculo, in quo sumus, priusquam moriamur, ergo gradus conuenientes sciencie non dedistis. Nam plures homines insipientes, qui non ambulauerunt per uiam rectam nec cognouerunt creatorem suum, finierunt dies suos in bono et annos in desideriis eorum; et plures sapientes sunt, qui multiplicati sunt in scienciis et intelligenciis et didicerunt doctrinas et cognouerunt creatorem suum et habent priuacionem boni et pacis. Et uos, si turbati estis et de morte timetis, que est uia et incessus anime recedentis a corpore ignaro ad comprehendendum gradus diuinos et coniungendum se sapientibus animabus et letis, non datis sciencie gradus suos nec raciones suas, set demergimini in anima bestiali cum aliis bestiis.

Item dixit Aristotiles: Adhuc interrogabo uos de alia questione. Scitis, quod mors non est aliud, nisi recessus anime a corpore? Dixerunt: Sic. Quibus dixit: Estis uos alii gaudentes de hoc, quod comprehendistis et didicistis scienciam et estis dolentes ex eo, quod non potuistis de ipsa discere nec comprehendere? Dixerunt: Sic. Dixit eis: Si ita est, sicut dicitis, iam uidetis, quod corpus ignarum non uidet nec audit nec intelligit aliquid nisi uirtute anime coniuncte sibi in esse suo. Et corpus consenciens commessacioni, potui et aliis delectacionibus est contrarium anime ad ascendendum ad gradus bonos et rectos ei, et quando recedit a corpore, recedit ab eo, quod est contrarium perfeccioni sui desiderii et ab eo, quod est contrarium bono suo.

Iam declaraui uobis, quod homo non potest comprehendere sencias nobiles nisi per gradus anime, quando est purgata et perfecta et sanctificata ab immundiciis suis, quando recedit de immundicia, que

---

148 nolimus: uolimus *AB*: uolumus E_1 confitemur: -ntur *z* sic: sicut E_1 dicitis: dixit *E* 149 prouenit: peruenit *B* scienciis: santis *E* magni: -us *D*: -um E_1 apprehendit: -at E_1 150 proueniunt: perueniunt *B* 151 si — seculo *om. B* isto: hoc *Dy* 152 ergo *om.* E_1 conuenientes: -ntis *A* sciencie: -iis *yz* dedistis: didistis *D* 154 nec: non *D* 156 sunt *om. z* intelligenciis: intenciis *A* et³ *om. E* 157 pacis: *potius* paratis E_1 158 de: in DE_1x uia: una E_1 et² *om.* E_1 incessus: in sensus E_1 159 ignaro: ignoro $ABCDE_1xyz$ 160 animabus: anima huius *ABCxy*: anima eius *D* nec: uero E_2 161 set: si E_2 cum *om.* E_1 162 item dixit: inter dicat E_1 163 quod: autem *A* aliud *om. B* 164 quibus *om.* DE_1x alii: aliis *E* quod *om. DEx* comprehendistis: -ditis BDE_1 165 et² *rep. A* 166 discere: dicere E_1 comprehendere: -retur *z* est: et E_2 167 uidet: -it E_2x: det E_1 (*syllaba* ui *omissa*) 169 potui: *potius* pomi *A*: *om. B* est: et E_2: *om.* E_1 170 sq. anime — contrarium *om. E* ad² *om. D* et² *om. CDx* recedit a corpore *om. ABDxyz* 171 contrarium *om. C* sui *om.* E_2 172 bono suo *inv. DEx* 173 sq. sciencias nobiles *inv. E* 174 est *om. D* et²: in *B* 175 immundiciis: immendiciis *E* quando *om. E* immundicia *HJLM*: mundicia *ABCDxyz*: mendicia E_1: mandicia E_2

rata et incedunt secundum uirtutem ipsis datam ad faciendum uoluptates earum et desideria, et in incessu earum in ascendendo et descendendo nunc de oriente ad occidens nunc de occidente ad oriens mouentur secundum uoluntatem suam sine contradictore. Quia stelle omnes simul sunt sicut seruus, cui iniungitur facere rem tantum unam et non habet posse in se uariandi nec mutandi. Et earum motus et cursus non est a se ipsis nec earum uirtute, quia spera superior est illud, quod facit moueri omnes, et fuit data hec uirtus in spera prima pro parte creatoris sui, sicut ostensum est in libro philosophie, in quo subtiliantur omnes sciencie et in quo intelliguntur fundamenta earum.

Et omnes homines primo in hoc errabant usque ad aduentum Noe, qui fuit primus ad cognoscendum creatorem sperarum, et ipse cognouit, quod quelibet res et ipsum principium habebat scienciam et gradum maiorem, altum et altissimum. Et post Noe natus Abraham, qui fuit sapiencior omnibus et addidicit tantum et intellexit, quod tota generacio sua ibat in errorem. Et tunc precepit ei Deus, ut immolaret unicum filium suum, et uoluit hoc facere, cum esset perfectus ad seruicium Dei. Et cognouit, quod sol et luna et omnes stelle habebant motorem primum, et non est secutus uiam patris sui, qui adorabat ydola dearum in Haran, que erant ydola lune; et tota generacio sacrificabat ydolis illis et seruiebant eis et filios et filias subiciebant sibi ignis.

---

257 et: nec *DE* incedunt: inde dicunt *A* ipsis: in ipsis *D* uoluptates: uoluntates *DExy* 258 et desideria — earum *om. E* in[1] *om. D* et descendendo *om. A*: discendendo *B* 259 nunc[1] + et *x* occidente: -dent *A* mouentur: morientur *C* 260 uoluntatem suam: -es -as *E* 261 sicut: sic *C* 262 uariandi: uariendi *D*: narrandi *y* mutandi: muctandi E_2 263 nec: et *x* 264 omnes: mouens *C* fuit: est *DEx* data + et *B* 265 sicut *om. A* 268 sqq. qui fuit — post Noe *rep. A* primus: -um *E* 269 quod *om.* E_2 quelibet: que hec *z* ipsum: ipse E_1 270 altum: alterum E_2 et[1] *om.* E_2 271 addidicit: addicit *E* tota *om. D* 272 ei: eis *Ez* 273 hoc facere *inv. E* 274 quod: quia E_1 omnes: -e *E* 275 et *om. x* adorabat: adorabant *D* in Haran *scripsi*: in Charam *x*: ni(c)haram *CDEyz*: necharam *B*: nicharum *A* 276 erant: equant *ADE*: *lectu difficile B* illis *om. ABDEyz* 277 seruiebant: -bat *y* et[2] *om.* E_1 subiciebant: -bat *y* ignis *om. D*

---

v. 259 mouentur, *quos propterea emendandos minime putavi.* 265 in libro philosophie: *est Hebraice* ‘*in libris philosophorum*’. 269 sq. quod quelibet res — altissimum: *omnino sunt detorta; Hebraice enim ita fere legimus: omnes res habere principium summum atque modis omnibus absolutum, cuius vi moveantur, quippe cui vis summa insit.* 275 ydola dearum: *de uno idolo, nempe Iani, legimus in Hebraeo.* 277 et filios — ignis: *denuo plane defecit interpres, est enim sensus: et liberos suos per ignem traducebant. Mancam esse sententiam animadverterunt librarii eamque variis modis sanare conati sunt: vocem* ignis *om. D;* et filios et filias igni subiciebant *legit J:* sacrificabat ignibus *L. Textum per se corruptum singularis glossa invasit: post* filias *enim legitur:* et comelemais megoulias *B*: et conelemaisme goulias E_1: et tonee lemaisne goulias E_2: et doue lemaisme goulias *x*: et toutelomaisme goulias *y*. *Haec Francogallice intelligenda sunt:* ‘*et comme le même Goulias*’. *Goulias est Golias ille, qui dicebatur episcopus, Goliardorum nominis auctor fabulosus, cuius appellationem alii a Goliath*

de morte et nunc contristor et paueo de longitudine uite. Respondit Cariton et dixit ei: Quare contristaris et paues de uita et longitudine dierum? Quia si affectas mortem aut inquiris ipsam, eam inuenies, nec erit, qui contradicat tibi. Cui respondit Melion: Non est ista uiri prudentis responsio, ut tu es, quia licet de morte non timeam, tamen ipsam non quero, antequam perueniat, quia utilitas hominis in uita est, ut ascendat in altissimos gradus et apprehendat sciencias et intendat uiis philosophie quia per ipsam cognoscet creatorem suum, quousque perueniat per suam scienciam ad primum operatorem, qui de nichilo fecit ens et qui est inceptor omnium incepcionum et omnium principiorum principium, et quod seculum non potest ipsum sustinere. Et ignorans anima ipsum non cognoscit, quia sua sciencia preparauit speras et in qualibet spera stellas lucidas, et dedit ipsis uirtutem dominandi in hoc mundo inferiori et faciendi bonum et eciam malum, mortem et uitam, diuicias et paupertatem, et totum hoc uirtute gubernatoris et rectificatoris. Et illi, qui respiciunt in stellis et respiciunt in dominio huius seculi, dant uirtutem et dominium stellis et faciunt eas deum et seruiunt illi et laudant eum et cogitant, quod omnia, que faciunt, faciant a se ipsis et earum ui, et quod uirtute sua dominentur. Et in hoc decepti sunt sapientes antiqui, qui fecerunt multas maiestates similes stellis, quibus seruiebant, et obliti sunt radicem; et quilibet adaptabat sibi unam stellarum, quam uolebat, alii solem, alii lunam et alii alias. Et si hoc fuisset, ut isti sapientes intellexerunt aut cognouerunt, oporteret, quod opera stellarum et cursus earum semper essent uno modo tantum, nec mutant impe-

---

233 nunc: non *DE* 234 Cariton: -yton *E* ei *om. D* 235 si: non *z* inuenies: -en- *A*: -et *E* 236 Melion: Meliton *y* ista: ita *E* 238 antequam + non E_1 239 in altissis mos — apprehendat *rep. A* intendat: -it *A* 241 qui: quia *D* de *om.* E_1 242 ens: eas *E* 243 ignorans: -at *E* 244 anima ipsum *inv.* E_2 sua *om. z* 245 lucidas: incidas *vel* uicidas *A*: bicidas *C* et *om. ABDExyz* ipsis *rep.* E_2 246 inferiori *om. E* faciendi: fallendi *E* mortem: amortem E_1: si mortem E_2 247 uirtute: -em *E* 248 respiciunt in stellis et *om. D* et respiciunt — stellis *om. A* et respiciunt *om. E* dominio *scripsi*: dō̊ E_1: domo (*immo* dnio) *x*: dno $BCDE_2$ 249 sq. eas deum — faciunt *rep. B* 250 eum: illum *E* faciant: -unt *D* 252 qui *om.* E_1x serviebant: servierant *x* 253 quilibet: quibus *z* adaptabat: aptabat *x* stellarum: stellam *E* 254 hoc: hic *y*: *om. D* 255 oporteret: oportet *ABDxyz*: *om. E* 256 mutant: mutauit E_2

---

248 dominio *scribendum esse persuasit mihi Alexander Birkenmajer; eandem lectionem textus Hebraeus commendare videtur; scripsi igitur quamquam invitis codicibus vel per ambigua compendia eius loci memoriam tradentibus.* 251—266. *Vix recte toto hoc loco textum Hebraeum intellexisse videtur interpres, alia enim omisit (v. gr. pleraque nomina) alia confudit, ita ut singulorum verborum complexiones potius quam totarum sententiarum connexum Latine redderet. Inde fit, ut v. 254 sqq. sensus omnino depravetur (est enim huius modi: latuit istos insipidos sapientes stellas semper uno atque eodem modo moveri neque umquam sui iuris esse, sed alieno arbitrio subiectas), inde etiam vitiosi illi indicativi v. 256 sq.:* mutant, incedunt,

verbis suis reddere studuit; dignum est notatu longe aliter rem sese habere cum Bilscii carminibus lyricis, in quibus non solum Horatii colores in usum suum vertit, sed etiam Horatii nonnullas locutiones iisdem vocabulis repetivit. Proteus Bilscianus sua sponte futura enuntians retinuit mores Nerei Horatiani, ipsum tamen nomen senis marini e Homero (*Od.* IV 384 sq.), Ovidio (*Met.* XI 249), Silio Italico (*Pun.* VII 409 sq.) vel e Vergilio (*Georg.* IV 387 sq.) poeta noster hausit. Vaticinandi autem indolem Proteus Bilscianus eandem habet atque Proteus a Vergilio descriptus (cf. Verg. *Georg.* IV 387 sq.).

Praeter Horatium duos esse opinor poetas Romanos, quos Bilscius in carmine de Proteo componendo praecipue secutus est, Vergilium dico et Ovidium. Seriem locutionum horum scriptorum in carmine obviarum in adnotationibus invenies, ex his vero hic duas delibare libet. Itaque cum Bilscius in carminis exordio de domo Protei scribit:

cum subito in medio Neptuni in gurgite vates
caerulea Proteus extulit ora domo

illud Vergilii *Georg.* IV 387 ante oculos habuisse videtur:

...Neptuni in gurgite vates
caeruleus Proteus...

Simili modo in extrema carminis parte Ovidii exemplar imitatur in curru Solis describendo:

sol quoque caeruleas caelo delapsus in undas
gemmea purpureis vincula dempsit equis...

ubi Ovidii *fast.* II 74 verba resonant de curru Titanis dicentis:

gemmea purpureis cum iuga demet equis.

Exemplis supra allatis iam vides poetam nostrum totum fere ex scriptoribus antiquis pendere atque saepe exempla verbaque ex illis sumere. Bilscius simili modo atque eius coaevi non curavit, ut carmina ex se ipso nata inusitatis iuncturis et flosculis ornata fulgerent. Etsi igitur *Proteus* scholasticae potius Musae adnumerari debet, nimirum auctor eius pro viribus suis studuit, non solum ut carmine patriae serviret, sed etiam ut lectorem oblectaret.

Sequitur, ut de ratione critica in textu carminis adhibita atque de huius editionis ratione pauca agam. Bilscii carmen legitur in codice in Bibliotheca Iagellonica sub numero 158 asservato atque saeculo XVI exeunte exarato. Codex ille chartaceus in folio, chartas 412 continet (in exordio et fine exstant chartae scriptura vacantes), manibus variorum perscriptus; olim Stanislai Rescii erat, cardinalis Hosii secretarii, cuius rei testimonium praebent verba, quae in principio codicis leguntur, manu ipsius Rescii perscripta. Codex con-

DE GRAMMATICIS LATINIS QUAESTIONUM PARTICULA

Scripsit

LADISLAUS STRZELECKI

Constat grammaticos Romanos, cum de nominum extremitatibus agerent, duabus rationibus uti esse solitos, scilicet ut aut nulla declinationum cura habita solos nominativi casus litteras terminales, quae dicuntur, investigarent atque indagarent, aut omnibus nominibus in quattuor vel quinque declinationes divisis in unaquaque declinatione tractanda exquirerent, in quas vocales consonasque singularum declinationum exirent nomina. Quamquam utramque rationem iam Jeep investigaverat[1] et quamquam Barwick de artis grammaticae apud Romanos historia et fatis indagandis optime meruerat[2], res peculiari inquisitione digna visa est, cum praesertim Jeep grammaticorum locis diligenter congestis[3] minime curasset, ut explicaret, quonam vinculo singuli grammatici eam rem tractantes inter se cohaerere viderentur et quo modo grammaticorum regulae progrediente tempore paulatim mutatae essent. Equidem in praesentia constitui nihil nisi eamextremitatum tractandarum perscrutari formulam, quae nullo inter singulas declinationes discrimine facto solum respexerat nominativum casum, atque exquirere animum induxi, quis eius formulae fuisset inventor quoque modo doctrina ab inventore excogitata a posterioris aevi grammaticis esset mutata. Sed etsi modo in Jeepium sum invectus, est quod admoneam eum acu rem tetigisse, cum diceret rationem nominum secundum solas extremitates tractandorum prius exstitisse[4] quam alteram, qua nomina in declinationes divisa agnoscerentur; numquam fuisse futurum, ut haec ratio oreretur, ni illa prius exstitisset[5]. His praemonitis ad propositum transeo.

---

[1] L. Jeep: *Zur Geschichte der Lehre von den Redetheilen bei den lateinischen Grammatikern*. Leipzig 1893, p. 161 sqq.

[2] *Remmius Palaemon und die römische Ars grammatica* (Philol. Supplementband XV 2 Leipzig 1922).

[3] *Die Anordnung nach den Nominativendungen*, p. 161—163; *Die Anordnung nach Declinationen*, p. 164—172.

[4] Audi Jeepii haec rectissime dicta: *Die Anordnung der Nomina nach dem Auslaut des Nominativs behufs Feststellung der Declinationserscheinungen an denselben mag als die am leichtesten sich bietende, die erste zusammenhängende Anordnung, welche man versuchte, gewesen sein* (*o. c.* p. 161).

[5] Audi Jeepium: *Es ist anzunehmen, dass die Anordnung der Nominalflexion nach Declinationen, welche nach gleichlautenden Genitiven aufgestellt sind, später eingeführt wurde, als die Anordnung nach den Nominativendungen, da letztere offenbar auf einer weniger entwickelten Anschauung beruht, als die erstere, dieselbe ferner auch der Unterscheidung gleichartiger Gruppen, wie sie die Declinationen darstellen, als notwendige Grundlage dienen muss* (*o. c.* p. 164 sq.).

uiuere possent. Et non inuenerunt nisi unam uiam, que fuit, ut homo id uellet pro proximo quod pro se et quod subtrahat se a re turpi et confiteatur ueritatem sumatque iudicium a se ipso et timeat creatorem suum.

Fuit in illo tempore quidam sapiens magnus et famosus et intelligens et eius nomen Aristotiles. Et omnes sapientes sui temporis audiebant sciencias suas et intelligebant intenciones suas et docebantur ab eo. Et cum applicuisset ad tempora mortis sue et egrotasset infirmitate, qua mortuus extitit, conuenerunt omnes sapientes et uenerunt eum uidere et infirmitatis sue causas cognoscere. Quem inuenerunt quoddam pomum in manu tenentem et odorantem illud. Erat autem affectus nimia macie ob uehemenciam infirmitatis sue pre dolore mortis afflictus.

Qui cum eum sic uidissent, turbati sunt plurimum et appropinquauerunt se ei et in approximando se sibi inuenerunt faciem eius claram ipsumque iocundum, quos salutacione preuenit. Et tunc dixerunt ei: O domine et magister noster, in principio cum te uidimus, in nobis anima non remansit et fuimus turbati ex hoc, quod cognouimus super te egritudinem uiolentam et uirtutem tuam nimium debilitatam. Et cum uideamus te letum et faciem tuam claram, spiritus noster, postquam exiuit, reuersus est in locum suum.

Aristotiles uero de ipsis fecit ridiculum dicens: Non cogitetis in cordibus uestris, quod ego letor, eo quod sperem euadere a nimia infirmitate, quam habeo; quoniam bene scio nunc me moriturum nec possum euadere, quia dolor multum excreuit; et nisi esset hoc pomum quod

---

68 ut: non *A* 69 pro[1] *om. CDE* a re om. *x* 70 sq. sumatque: que *om. D* sumatque — suum *om. E* 73 eius nomen *inv. y* 74 sciencias: doctrinas *x*: *om. DE* et[1] *om. By* intenciones suas *inv. E* docebantur: docebant *B* 75 et[2] *om. E* infirmitate: -tem *C* 76 sapientes et *rep. A* 77 causas: caus *C* quem: quam *B*: quod *C* 78 tenentem: -nte *A* affectus: effectus E_1 79 ob: ab E_1 uehemenciam: uehemnencia *A* afflictus: affluctus *E* 80 qui: quin *E* eum sic uidissent: uidissent eum sic *B* plurimum *om. E* 81 et *om. B*+ etiam *x* in *om.* E_2 approximando: appropinquando *E*: proximando *z* se *om. E* 83 te uidimus: -emus E_1: *inv. B* 85 tuam *om.* E_1 debilitatam: -tem E_1 *z*: debilitam *AB* 86 te letum: delectam E_1: deletam E_2 87 reversus: deversus *x* est *om.* E_1 locum: -us *D* 88 uero: autem *E* de ipsis fecit: fecit de ipsis *E* ridiculum: rudiculum *E* 89 letor *CHLM* (*confirmat infra 95*); -ter *ABDExyz* eo quod sperem *om. B* sperem: semper est E_1x 89 sqq. a nimia — euadere *om. A* 90 nunc me *inv. xy* 91 nisi: non E_1

---

75 sq. egrotasset — extitit: *cf IV Reg. 13,14*: Eliseus autem aegrotabat infirmitate, qua et mortuus est. 77 quoddam pomum etc.: *praeter ea, quae iam Hertz: o. c. 386 sqq. de ea re disseruit, notatu digna est observatio Petri Gordon: L'image du monde dans l'antiquité. Paris 1949, p. 92, qui dicit: 'dans un drame sacré de l'Iran Mahomet rend l'âme au moment même où il respire l'odeur d'une certaine pomme, qu'un ange vient lui donner; en fait, le fruit merveilleux l'immerge dans la vie éternelle'. Conferatur quoque totum eius caput VII: 'Le pommier et les pommes d'or', pp. 83—100.*

II 556, V 4, 300, 520). Duobus locis martyr diademate honorificatur regio (*Perist.* IV 21, X 765), semel corona donari videtur Olympica (*Perist.* V 223, ubi poeta simul de palaestra ac luctamine martyris narrat).

Ex quo apparet facilius quam alium quendam Romanum ac militarem poetae animo occurrisse coronae usum martyri aptissimum; nisi quis poetam putaverit translationibus ac similitudinibus esse usum, quas in fontibus invenisset[112].

4. De martyribus Christi athletis.

At Christi martyr non solum corona ornari Christianis antiquis videbatur ut athleta, qui in ludis Olympicis de palma certaverat, sed ipse Christi athleta habebatur, qui cum Christianorum persecutoribus de victoria certat.

Cum athletis viri summa constantia et abstinentia, summa laborum patientia ac fortitudine iam a scriptoribus profanis comparabantur, a Seneca quidem saepius[113]. Similiter scriptoribus Christianis martyres cum athletis componere placuit omninoque nomina et verba e ludis gymnicis sumpta, qualia sunt ἀγών, ἀγωνίζω, τρέχω, certamen, luctamen, palma, palaestra, certo, similia, iam in animae certamina transferre, quae cupiditatibus repugnaret, iam in hominum labores et passiones, quas pro Deo subirent.

Itaque verba illa et nomina iam in *Novi Testamenti* scriptis inveniuntur[114], nec in actis martyrum antiquissimis maximeque sinceris desunt[115], et in om-

[112] Coronam martyrii praemium esse iam in *actis Perpet. et Felic.* legimus, cap. XIX: *Saturninus... bestiis velle se obici profitebatur, ut... gloriosiorem gestaret coronam*; similiter in *martyrio Polycarpi* (Ruinart, p. 89 cap. 17): ἐστεφανωμένον (scil. Polycarpum) τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ; in *mart. Lugdun.* (Ruinart, p. 113 cap. XI): (Blandina) *glorioso certamine coronam immortalitatis reportasset*; cf. *acta Epipod. et Alex*, cap. VII (Ruinart): *Christus militum victrices dispensat coronas*; saepius.

[113] E. g. Cic. *Tusc.* II 56: *ita fortis ac sapiens ad firmitatem se intendens ingemescit, ut in stadiis cursores exclamant... faciunt idem, cum exercentur, athletae*; Sen. *Dial.* I 2,3: *athletas videmus, quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque confligere, ...idem viris bonis esse faciendum, ...*; *Dial.* IX 3,1: *ut athletis... longe utilissimum est lacertos suos roburque nutrire, ita vobis animum ad rerum civilium certamen parantibus*, etc.; *Epist.* 78,16: *athletae quantum plagarum... corpore excipiunt! ...exercitatio ipsa tormentum est: nos quoque evincamus omnia, quorum praemium non corona nec palma est..., sed virtus et firmitas animi et pax in ceterum parta, si semel in aliquo certamine Fortuna debellata est.*

[114] E. g. *ad Philipp.* 1,29 sq.: *quia vobis donatum est pro Christo, ...ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale et vidistis in me*; *ad Timoth.* I 6,12: *certa bonum certamen fidei* (cf. *ad Timoth.* II 4,7: *bonum certamen certavi, cursum consummavi*, etc.); *ad Hebr.* 12,1: *per patientiam curramus ad certamen*; *ibid.* 10,32: *magnum certamen sustinuistis passionum*; cf. etiam *ad Cor.* I 9,24 sq.; *ad Gal.* 5,7; alias.

[115] *Mart. Lugd.* cap. V (Ruinart): *Maturus* (martyr) *...pugil Christi*; *Blandina* (martyr) *...generosus quidam athleta*; *ibid.* cap XI: (martyres) *athletae*; *Christi — magni illius invictique athletae*; cap. XIV: *Blandina ...eosdem certaminum cursus remetiens.* — *Mart. Polyc.* cap. XVIII (Ruinart): *qui certamina pertulerunt* (ἠθληκότες), i. e. martyres; *Acta Maximi* (Ruin. p. 204): *raptus est athleta Christi* (Maximus), etc.; saepius.

lades dicuntur: in epiniciis quidem et hymnis fabulas de deis enarravit[86], paeanas urbium historiis explevit[87], dithyrambis mythos explicavit.

Sed quaerendum tamen aliquis putabit, Prudentius nonne Pindari carmina Graeca legerit. Quod profecto qui efficere voluerit, vix esse facturus operae pretium nobis quidem videtur. Quamquam vix dubitari potest, quin Prudentius de Pindari carminibus quaedam a grammaticis didicerit eorumque carminum genera, artem, compositionem cognoverit, neque quidquam obstat, quominus ex hoc ipsum suspicemur incitamenti quiddam ad hymnos componendos cepisse. Quod tamen quibus certis convinci possit argumentis, non videmus, nisi quod et sermonis Graeci non ignarus cui videbitur poeta, quippe qui Graeca carminibus suis inscripserit vocabula multisque aliis usus sit verbis Graecis in carminibus[88], et vocabulis „aurum, aureus“ abusus — haud aliter ac Pindarus, qui et ipse omnia fere aurea aurataque sensit viditque[89].

IX. DE PRUDENTIO HYMNORUM PERISTEPHANON SIVE EPINICIORUM AUCTORE

1. De martyrum memoria et cultu antiquissimo, imprimis litteris tradito.

Martyrum memoriam constat Christianos inde a primo coluisse persecutionum tempore. Quorum commemoratio quia tamen initio variis impedita erat difficultatibus nec sollemnis ac manifesta fieri poterat, non celebrabatur nisi modico quodam cultu; nam Christiani alii ad alios litteras de fratrum suorum martyriis mittebant, martyrum memoriam anniversariam recolebant passionesque litteris traditas legebant, sepulcra ac reliquias sacra habebant, atque ita paulatim haec et his similia pietatis officia etiam caerimoniis ac religione exsequi assuescebant.

Sed IV imperii saeculo, cum Christianis libera data est religionis potestas, ut omnis Christianorum vita ac religio ita martyrum cultus amplissimo repente illuxit splendore: martyrum enim sepulcra et passionis loca maxima fidelium frequentia ac peregrinationibus sacris celebrabantur, in sepulcris templa ac basilicae aedificabantur magnificae, acta martyrum et passionum descriptiones novis et clarioribus ornabantur fabulis et miraculis, in martyrum honorem dies festi mortisque et passionis sacra sollemniaque anniversaria constituebantur, orationes ac laudationes ab episcopis et presbyteris in fidelium con-

---

[86] Ut hymno quodam Thebanis destinato fabulam narravit de Iovis et Thetidis coniugio (cf. *Pindare*, ed. Puech, t. IV. Paris 1923, p. 91 sq.).

[87] Cf. quam in paeane Abderitis misso rerum bellicarum historiam exposuit, quas iam prospera iam adversa gesserant Fortuna (Puech, ut s., p. 98 sq.).

[88] Sed cf. supra p. 120 et annot. 50.

[89] Cf. Io. Rumpel: *Lexic. Pindaricum.* Lipsiae 1883, s. v.

manu mea teneo et quod odor suus me confortat et aliquantulum prolongat uitam meam, iam expirassem.

Set anima sensibilis, in qua communicamus cum bestiis, fouetur odore bono et ego letor, eo quod recedo de hoc seculo, quod est ex contrariis, quia quodlibet quattuor elementorum, ex quibus creatur omne creatum, quod est sub sole, unum est contrarium alteri. Nam unum est frigidum, aliud calidum, aliud siccum, aliud humidum; et quomodo posset constare corpus compositum ex huiusmodi elementis, aut prorogari diu in uita nisi parum? Sed tempore, quo quodlibet istorum elementorum est in equalitate ad alterum, non contrariatur alteri, nec dominatur suo contrario, tunc est conueniens uita sua et potest esse et uiuere; et tempore, quo unum dominatur alteri, minuit alterum suum contrarium et debilitat, et tunc superuenit infirmitas, et si inuenitur aliquis medicus multum sapiens, qui cognoscat infirmitatem suam, ut elementa debilia confortet et forcia debilitet: tunc reducit corpus ad uirtutem suam et potest conualescere de infirmitate sua. Set multi sunt ex eis, qui nesciunt nec cognoscunt, quid sit illud, et adiciunt in egritudine sua et faciunt defluere corpus ad perdicionem et mortem.

Anima uero intelligibilis habet sub se animas et dominatur illis, nec est composita, set est unius simplicis elementi, et hec anima intellectualis est, que cognoscit et discernit inter bonum et malum et intelligit, quod omnes linee, que sunt equales ad aliam, equales sunt in se ipsis, et scit, quod tres est numerus impar er quattuor est par, et hec anima est, que cognoscit creatorem suum et intelligit semetipsam. Que anima in solis tantum hominibus inuenitur inter animalia mortalia. Alia autem anima est rememoratiua, que facit hominem recordari eorum, que oblitus est. Tercia anima est, que monstrat homini in mente sua quidquid occultum est eo tempore a presencia sua, ut aliquis existens in una ciuitate ymaginatur se esse in alia ciuitate. Et hec anima est, que uidet sompnia et multa que sunt similia futurorum. Quarta anima est excogitatiua

---

92 sq. et quod — meam *om.* *B* suus: -um *D* aliquantulum: aliquantum *A* 93 uitam: uita *A* 94 set: si *D* anima: omnia E_1 sensibilis: — ter *A* 95 ego: eo *B* quod[1] *om.* *x* ex *om.* E_1 96 quattuor elementorum *inv.* *D*: quattuor *om.* *y* creatur: causatur *E* 97 quod: que *A* 98 est *om.* *ABDExyz* 99 sq. posset: potest *y* elementis — istorum *om.* *A* 100 nisi: ubi CE_1y parum: parnum *potius quam* paruum E_1 quo quodlibet: quolibet *B* 101 ad: et *ABDExyz* 102 sq. suo — dominatur *om.* *A* est: enim *z* conueniens+et *DE* potest: potum *E* 104 infirmitas: -tat *A* 106 reducit: -unt *x* 107 de *om.* *A* multi: -um *E* 108 cognoscunt: intelligunt *E* 111 et *om.* *D* 112 que: qui *E* 113 ad aliam, equales *om.* *ABE* in se ipsis *om.* DE_1x: se ipsis *om.* E_2 114 scit: inscit E_1 est numerus *inv.* *D* quattuor est + numerus *x* 116 hominibus *om.* *D*: in hominibus *E* animalia mortalia *om.* *A* alia: asia *A* 117 anima *om.* *D* que: qui E_2 eorum *om.* *B* 118 homini: -ine *A* mente: veritate *x* quidquid: quisquid *A*: quodquid *D* 119 eo *om.* *A*: esse *E* sua, ut: suarut *y* 120 se *om.* *E* ciuitate *om.* *E* 121 et multa *inv.* *C* anima est *inv.* *B*

tatis Polonorum egimus atque agimus. Attamen, ut aperte dicam, id minus placet, quod pleraque lemmata ea scribendi forma expressa sunt, quae medio aevo in usu erat, quamvis vocabula ipsa iam antiquis temporibus nota fuissent. Nollem porro locos, ubi singula exempla quaerenda sunt, verbosius indicari: quid enim prodest, si v. gr. cuiuspiam chronici liber et caput, deinde etiam modernae editionis tomus et pagina indicatur (ut est: Petr. Diac. Chron. Casinense lib. 4 cap. 105, SS VII p. 495)? Sufficeret sane semel in notarum explicatione lectorem commonefecisse Petri Diaconi *Chronicon* ex editione in Monumentis Germaniae laudari, deinde vero semper solam paginam huius editionis indicare. Si denique ad minutias descendere licet, id quoque notaverim Thietmari *Chronicon* hodie non ex Friderici Kurze (Hannoverae 1889) sed ex Roberti Holzman editione (Berolini 1936) citandum esse.

Scribendi haec cum finem facerem, peropportune in manus venit commentariolus a Francisco Blatt mihi transmissus, quo ille de futuro mediae Latinitatis lexico, cuius particulam litteras LMN comprehendentem auctoritate Consociatarum Academiarum editurus est, disputat eiusque specimen adiungit. Sed priusquam de hoc dicam, ad academici illius incepti fata redeundum mihi arbitror, quippe quod temporis progressu varias vicissitudines expertum sit (cf. J. Schneider: *Entwicklung und Stand der mittellateinischen Lexicographie*, Forschungen und Fortschritte XXVIII 1954, pp. 281—285). Constitutum est nempe Bruxellis anno 1920 communi opera in Du Cangii locum novum lexicon, quod nostri temporis usui responderet, parandum esse; mox tamen ii, quibus totius negotii cura commissa erat, intellexerunt fieri non posse, quin uno vel maximo opere mille ferme annorum spatium comprehenderetur, proindeque decreverunt iam in anno 1000 subsistere, ulteriora vero tempora singulis singularum nationum academiis tractanda relinquere. Sed ne huic quidem consilio contigit, ut ad effectum perduceretur. Aliquot enim annis post novissimum bellum finitum denuo temporis limites mutari placuit itaque factum est, ut quod nunc pararetur totius mediae Latinitatis lexicon quattuor saecula inde ab anno 800 usque ad annum 1200 complecteretur. Nova haec temporis definitio iure optimo ita constituta est; magis enim magisque elucet Merovingicam Latinitatem antiquae adnumerandam esse neque ab illa umquam separari debuisse, saeculo autem XIII novi aliquid in Latino sermone oriri cum olim alii, tum nuper Niermeyer rectissime observavit (cf. eius praefationem p. III). Quae cum ita sint illa, quae inter annos 800 atque 1200 iaceat, aetas unum quoddam descriptum definitumque efficiat necesse est.

Quod ad principia spectat, quae Blatt in futuro lexico elaborando secuturum se esse promittit, non iniucundum nobis fuit videre ea cum his, quae nos ipsi in componendo *Lexico mediae et infimae Latinitatis Polonorum* tuiti sumus ac tuemur quaeque paulo ante cum Polonice (*Zasady redagowania i próba słownika polskiej łaciny średniowiecznej*, Kraków 1948) tum Francogallice (Bulletin de Centre Polonais de Recherches Scientifiques de Paris nr 12 [juin 1954], 1—16) exposuimus, plane congruere. Cum enim adhuc magis res ipsae quam voces earumque proprietates explicari solitae sint, Blatt sermonis Latini, qui medio aevo in usu fuerit, structuram potissimum se ostendere velle profitetur, atque proinde omnia, quae ad orthographiam, etymologiam, declinationem coniugationemque, regimen denique singulorum vocabulorum pertineant, accurate ac scienter colligit describitque.

In eius modi opere maximi est momenti, ut ei omnium Europae regionum Latinitatem comprehendisse succedat. Aequabiliter id fieri nequit iam eam ob causam, quod illius aetatis, saeculorum dico IX—XII, paucissima tantum exstant Latine scripta monumenta cum in Hungaria, Bohemia, Polonia, tum etiam in Scantinavia. Quae cum ita sint, id saltem expetendum est, ut nihil praetermittatur, hoc autem non tam in editoris ipsius labore quam in coniuncta omnium iisdem studiis per totam Europam deditorum opera situm esse nemo est quin intellegat. Itaque dum editori de coepto feliciter opere atque de via eius et ratione recte constituta gratulamur, id maxime optamus, ut ei officiosa sociorum opera quam latissime uti contingat.

Haec postquam ineunte anno 1955 scripta sunt, prodiit brevi temporis intervallo Alberti Blaise *Dictionnaire latin-français des auteurs chrétiens, revu spécialement pour le voca-*

De respiratione ff. 219^{v}—225^{r}, *De causis* ff. 225^{r}—232^{r}, *De proprietatibus elementorum* ff. 232^{r}—237^{v}, *De plantis* ff. 237^{v}—245^{v}, *De motu animalium* ff. 245^{v}—248^{v}, *De lineis indissecabilibus* ff. 248^{v}—251^{r}, *De coloribus* ff. 251^{r}—254^{v}, *De mundo* ff. 254^{v}—260^{v}, *Epistula ad Alexandrum* ff. 260^{v}—261^{r}, *Vita Aristotelis* ff. 261^{r}—262^{v}, *De progressu animalium* ff. 262^{v}—267^{v}, *Physiognomia* ff. 267^{v}—272^{v}, *De pomo* ff. 272^{v}—276^{r}, *De intelligentia* ff. 276^{r}—277^{r}, *De inundatione Nili* ff. 277^{v}—278^{v}, *De bona fortuna* ff. 278^{v}—280^{v}. Scriptura vacant ff. 64^{v}, 108^{r-v}. Notatu dignae litterae initiales reperiuntur ff. 65^{r}, 109^{r}, 135^{v}, 182^{v}.

Praeter hos codices, quos, ut dixi, integros contuli (Parisinos non nisi lucis ope exscriptos), paucas lectiones utiles excerpsi ex:

H = codice Erfordiensi Amploniano Q 319, saec. XIV ex. (a. 1392 f. 133^{r} commemoratus legitur), papyraceo, qui *De pomo* exhibet ff. 133^{r}—135^{r} binis columnis satis negligenter scriptum[38].

J = charta membranacea, nonnullis locis lacerata, qua nunc cod. Cracoviensis, universitatis Iagellonicae nr 367, retro tegitur. Continet libri *De pomo* partem posteriorem, manu saec. XIV exaratam[39].

L = codice Cracoviensi, bibliothecae universitatis Iagellonicae nr 2573, papyraceo, a. fere 1469, ubi *De pomo* pp. 187—204 occurrit[40].

M = codice Claratumbensi (abbatiae Cisterciensis, quae Clara Tumba vocatur, in vico Mogiła prope Cracoviam sitae) nr 612, papyraceo, a. 1451, in quo *De pomo* ff. 164^{r}—168^{v} legitur, a magistro Petro de Osuchow scriptum[41].

Codices cum selectos tantum adhibuissem in familias distribuere supervacaneum duxi. Eius tantum rei lectores commonefacere velim libros *HLM* alterius cuiusdam, vulgatae ut ita dicam, recensionis testes esse, quae ab antiquiore illa non paucis locis differat atque in universum corruptiorem textum praebeat, etsi — id quod in manu scriptorum codicum memoria saepius fieri solet — hic illic meliores servaverit lectiones (v. 4: *deditum M*, v. 11: *intelligat HL*, v. 175: *immundicia HLM*, v. 227: *sicut HLM*, v. 336: *quare HLM*). Cuius recensionis specimen hoc loco inserere a re fortasse non alienum erit (e cod. *H*, collato *L*):

Cum homo creaturarum dignissima similitudo sit omnis et (om. L) *ad ymaginem Dei factus et ignobile propter nobile sit creatum sicut nichil in eo quo no-*

---

[38] Cf. supra adn. 7.

[39] Notitiam eius debeo Georgio Zathey.

[40] Plura de hoc codice habes apud W. Wisłocki: *Katalog rękopisów biblioteki Uniwersytetu Jagiellońskiego*. Kraków 1877, p. 612.

[41] Plura apud K. Kaczmarczyk — Z. Kowalski: *Katalog rękopisów biblioteki klasztoru cystersów w Mogile*. Kraków 1921, p. 240, ubi perperam *philosophus de penis et morte* pro *de pomo et morte*.

bilius efficiatur (*nobilius in eo estimatur* L) *quam se suumque creatorem cognoscere scit* (om. L) *sic nec dampnabilius est aliquid quam utrumque solum* (om. L) *sensibilibus* (*-em* L) *editum* (om. L) *ignorare. Nam licet ei* (om. L) *a primo, qui omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat* (*-vit* L) *et sui vultus lumine signavit illuminacionem* (*illuminatore* L) *prima et ultima relacione* (*prima — relacione* om. L) *recipiat ut ad Deum fontem veri luminis finem suum ad instar solis qui oritur et occidit et ad locum suum revertitur valeat pervenire tamen ista* (*ita* L) *obscuritate subiecte coniugis impeditur ex qua* (*e quo* L) *omnis infirmitas acquiritur corrupcionis* (*ut* add. L) *terrene concupiscencie vicio deformatus iumentis similis nichil intelligat et* (*ut* L) *ad* (om. L) *honoris in eo proprii confusa memoria honorabilium eleccionis* (*iudicium* add. L) *non admittat, sed ignorancie* (*-ia* L) *devius perfeccionis ultime terminum ad quem proprie* (*-ia* L) *ducebat intencio non attingat* etc.

Cf. etiam communem tribus his codicibus adiectionem in fine: *magister et dominus noster Aristotiles philosophus* (infra p. 217).

Denique commemorandae mihi sunt editiones, quas item ad constituendum textum adhibui; sunt vero:

s = prologus libri *De pomo* publici iuris factus a Friderico Schirrmacher in opere q. i. *Die letzten Hohenstaufen*, Goettingen 1871, pp. 622—624 e cod. Parthenopolitano (Magdeburgensi), bibliothecae urbicae 134 Oct. 15 (e).
x = editio princeps Coloniensis a. 1472 (cf. supra adn. 4).
y = Aristotelis operum (Latine) editio Veneta a. 1496.
z = altera editio Veneta a. 1482.

De ratione huius editionis pauca dicam.

Orthographia conservata est ea, quae in codicibus saec. XIII invenitur, quippe quae ad archetypi scribendi consuetudinem proxime accedere videretur; inconstantiam tantum codicum in scribendo *u* et *v*, *c* et *t* minime imitandam esse putavimus. Ex iisdem sumpsimus etiam formam nominis *Aristotiles*, quae eo tempore, nisi — id quod potissimum fit — compendio exprimitur, vulgo usurpatur (cf. fig. 1, eadem constanter utitur editio princeps) [42].

Apparatum qui dicitur criticum instituimus ita, ut e silentio tuto concludi posset, i. e. ut semper codices in adnotatione non expressos lectionem in textu receptam tradere constaret. A qua regula ibi tantum discessimus, ubi codices *H*, *J*, *L*, *M*, non nisi passim a nobis adhibiti, nominandi erant. Ii itaque his tantum locis intellegendi sunt, ubi expresse laudantur. Varias lectiones multo plures attulimus, quam quibus ad ipsum textum constituendum opus esset; ostendere tamen voluimus, quam corrupta quamque depravata antiquissimorum quoque codicum memoria esset. Orthographica pleraque in

---

[42] Cf. etiam Thesaurum Linguae Latinae II 586, 28 sqq.

Cena zł 38,—

CONSPECTUS MATERIAE VOL. XLVI 1952/1953 fasc. 1

Srebrny Stephanus: Eupolis quid de lyricis musicisque neotericis iudicaverit 5—15
Dziech Iosephus: Graeci quidnam attulerint ad Indos cognoscendos . . 17—32
Steffen Victor: De Archilocho quasi naturali Hesiodi aemulatore . . . 33—48
Świderek Anna: La conception de la tradition populaire dans les *Aitia* de Callimaque . . . . . 49—58
Wolski Józef: Remarques critiques sur les institutions des Arsacides . . 59—82
Zawadzki Tadeusz: Quelques remarques sur l'étendue et l'accroissement des domaines des grands temples en Asie Mineure . . . . . 83—96
Safarewicz Jan: Contributions à la grammaire latine . . . . . 97—105
Strzelecki Ladislaus: Quaestiones tragicae . . . . . 107—119
Krysiniel-Józefowicz Barbara: Once more about the original of *Aulularia* 121—130
Domański Iulius: Philippi Callimachi *Ad Fanniam Swentocham carmen* . . 131—154

SPIS RZECZY ROCZNIKA XLVI 1952—1953 zesz. 2

Lachs Jan: Mineralne surowce Dioskuridesa [Les matières premières minérales chez Dioscoride] . . . . . 5—55
Szelest Hanna: Kilka uwag o „Historii" Herodiana [Quelques remarques sur l'*Histoire* de Hérodien] . . . . . 57—67
Wikarjak Jan: O imionach i nazwiskach starożytnych Greków [Sur les noms et prénoms des Grecs anciens] . . . . . 69—78
Safarewicz Jan: Język łaciński u schyłku republiki [La langue latine au déclin de la republique] . . . . . 79—91
Kazik-Zawadzka Irena: Nowsze badania nad językiem łacińskim (na podstawie czasopism Revue des Études Latines i Glotta 1948—1952 [Nouvelles recherches sur la langue latine (d'après Rev. d. Et. Latines et Glotta)] 93—111
Kotula Tadeusz: Rozwój terytorialny i organizacja latyfundiów w rzymskiej Afryce w okresie wczesnego cesarstwa [Développement territorial et organisation des *latifundia* dans l'Afrique romaine à l'époque de Bas-Empire] 113—139
Schnayder Jerzy: Salustiuszowe echa w „Historii Polski" Długosza [Les échos sallustiens dans l'*Histoire Polonaise* de Jan Długosz (Dlugossius)] . . 141—160
Cytowska Maria: *Victoria deorum*, zapomniany utwór Sebastiana Fabiana Klonowica [*Victoria deorum*, l'oeuvre oubliée de S. F. Klonovic] . . . 161—173
Kurek Władysław: Na marginesie *Liber formularum Georgii* [Notes marginales sur le *Liber formularum Georgii*] . . . . . 175—188
Witkowski Leon: Jakub Zabler, epigon toruńskich poetów nowołacińskich [Iacobus Zablerus, l'épigone des poètes néolatins de Toruń] . . . 189—211

Oceny [Comptes rendus]

H. Fränkel, *Dichtung und Philosophie des frühen Griechentums...*, New York 1951 (Wiktor Steffen); E. Howald, *Der Dichter der Ilias*, Erlenbach—Zürich 1946 (Zofia Abramowiczówna); *Hesiodi Catalogi...* ed. A. Traversa, Napoli (1951) (Zofia Abramowiczówna); K. Reinhardt, *Aischylos als Regisseur und Theologe*, Bern 1949 (Stefan Srebrny); *Aristotle's Prior and Posterior Analytics* ed. by W. D. Ross, Oxford 1949 (Marian Plezia); J. Safarewicz, *Elementy języka greckiego*, Kraków 1951 (Jan Wikarjak); V. Pisani, *Le lingue dell'Italia antica oltre il latino*. Torino 1953 (Jan Safarewicz); D. Braga, *Catullo e i poeti greci*, Messina—Firenze 1950; E. F. Marmorale, *L'ultimo Catullo*, Napoli 1952 (Jerzy Krókowski); A. Sadurska, *Inscriptions latines et monuments funéraires romains au Musée National de Varsovie*, Warszawa 1953 (J. Safarewicz); L. Winniczuk, *Epistolografia. Łacińskie podręczniki epistolograficzne w Polsce XV—XVI wieku* (Jerzy Krókowski); P. Grimal, *Dictionnaire de la mythologie grecque et romaine*, Paris 1951 (Oktawiusz Jurewicz) . . . . 213—270

LI Sprawozdanie z czynności Polskiego Towarzystwa Filologicznego za czas od 15 czerwca 1951 do 30 czerwca 1952 [Communiqués et comptes rendus de la Société Philologique Polonaise 15 VI 1951 — 30 VI 1951] . . . 271—283